partis opposite in partem cõtrariaȝ: vbi ēt vna ps spasmata: ⁊ alia essentialiter nõ lesa: ꝯtingeret tamen eandē ptē non lesam a situ sibi naturali notabiliter remoueri. Qm̄ ꝑpter ptē spasmatā fiet tractus ptis sane violēter in istaȝ differētiā põnis: in quā ꝯbit̄ pars spasmata: ⁊ hoc siue fiat ſm lineā lõgitudinis faciei: siue latitudinis: vel aliter quõ libet. ¶ Cõtingit ēt in tortura faciei vtraqȝ pteȝ esse essentialr̄ lesam: vt. s. vbi vna ps sit paraleticata: ⁊ alia spasmata: vel inequalr̄ vtraqȝ ps esset paraleticata: vl̄ vtraqȝ ps esset spasmata. In casu igit̄ vbi vtraqȝ ps sit spasmata: vel vtraqȝ ps eēt paleticata n̄ ē necessaria magna īuestigatio que pars sit magis lesa vel minus lesa: qm̄ stante spasmo māli reploali in vtraqȝ pte eadē intentio generalis est curationis. Idem ēt si vna ps sit paraleticata. Ubi etiaȝ vna pars sit paraleticata: ⁊ alia spasmata spasmo māli: lȝ aliq̄ sint diuerse intētiones hn̄de: sicut diuerso mõ curāda est palesis ⁊ spasm⁹ mālis: ⁊ aliquā spālem diuersitatē exp̄ssit Rasis in diuisionibus in. c. ꝓprio: tn̄ nõ est magna cura si ēt distincte nesciat̄: q̄ ps sit paleticata vel spasmata: qm̄ q̄ vni ꝯueniūt: ex toto alteri nõ obsunt: vt pȝ intelligēti. Sȝ vbi vna ps tm̄ sit egra eēntialr̄: ⁊ alia tm̄ p colligātiaȝ q̄ tn̄ dr̄ sana: vbi illa ps sana appareret magis feda: ⁊ ꝯsequēter egra: lȝ nõ esset sicut ꝯtingere posset in tortura faciei: cuius cā est molificatio vnius ptis: ⁊ casus supra aliā ptē: tūc vt dicebat̄ supra: pars sana supra quā cadit alia cõtraheret̄: ⁊ magis difformis appereret q̄ꝫ alia ps mollificata: lȝ esset sana ad bo^m intellectū. In hoc igit̄ casu est nostrū pncipale ꝓpositū: ⁊ est necessaria certificatio q̄ ps essentialr̄ dicatur egra: ⁊ q̄ nõ: vt pti egre medicīa applicet̄: ⁊ nõ ptī sane. ¶ Dico igit̄ ꝓ declaratione cū doctrina Rasis p̄io cõtinētis loco allegato: qꝫ oȝ interrogare egrū in qua pte pcipiat nocumētū. Nā in casu vbi cā sit paralesis vnius ptis: ibi dē erit obtusio sensus: ⁊ aliq̄lis dolor grauatiuus cū tumore partis ⁊c. Et vbi cā sit spasmus: erit dolor in pte ꝯtēta cū nocumēto ēt sensus illius ptis. Cognoscet ēt ex a^o facilr̄: ⁊ est qꝫ facilius reddit⁹ ptis ad sitū nāle extensione vel cõ tractione facta in altera parte significat partē sanā: ⁊ difficilis partē egrā: qꝛ si pars sinistra sit spasmata: ⁊ trahit̄ ex tēdēdo versus dextraȝ: dextra reuertit̄ ad suum sitū nālem. Si vero sinistra sit mollificata ⁊ ꝯbetur ad oppositū: tūc dextra extēdet̄ ad sitū nāle: ⁊ ipsa sinistra reducta nõ remanebit in situ suo naturali: sed iterato fluet: ⁊ hoc est signū sufficiens ad declarandū: que pars sit sana: ⁊ q̄ egra. ¶ Hoc igit̄ intellecto veniēdū erit ad p̄mū ⁊ p̄ncipale intentū nõ habendo ꝯsiderationē ad torturā: q̄ pēdere possit a spasmo de siccitate: vel ex apostemate colli p̄uocatiuo: d quo videbat̄ facere mentionē Gal. 3° interioꝝ: qm̄ tales rarissime fiunt: ⁊ mortales sunt nõ multo tpe durātes: nõ sicut ē ista: ꝓ qua nūc fit ꝯsultatio: que iā multo tpe durauit. Erit ergo tm̄ regimē nostrū in tortura māli pendente ex palesi vel spasmo māli ptiȝ faciei. Et h̄ d cāu sufficiāt. ¶ Quantū igit̄ ad regimē obseruet̄ p̄io regl̄a gnālis: vt sit inclinatio ad calefaciētia ⁊ exiccatiua. Magis tn̄ in ꝓcessu post. 14. diē ꝯuenire p̄nt exiccātia q̄ꝫ a p̄ncipio: qm̄ a p̄n^o exiccādo nimis nõ equata mā p digestionē subtile aliquādo ꝯsumet̄: ⁊ grossū terreū reddet̄ in habilib⁹ eductioni. In ꝓcessu aūt facta eq̄tione in mā nõ erit tale nocumētum in exiccādo: vt pȝ ꝯsiderāti. Et istū cañ. innuebat tacite dn̄s Auic. scd̄a tertij. c. ꝓprio satis ad p̄n^m cure cū dixit. Et nõ desiccet̄. s. tortura a p̄ncipio. cum exiccatiōe mellis ⁊ pullis colūbaꝝ ⁊c. ¶ Sit igit̄ circa aerem electio: vt declinet̄ ad calidum ⁊ siccū. Et sic camera illius sit ꝯstructa inter duo solaria habēs fenestrā ab oriente: ⁊ maxime tpe hyemis: ⁊ tpe quolibȝ nebuloso ⁊ ventoso. Sit ēt modici luminis: imo obscura: vt voluit Rasis loco allegato p̄mo

cõti. cū Auic. ⁊ reliqs. ¶ Quidā dicūt hoc fieri debere: vt caueat̄ a vento ⁊ ab aere frigido ip̄rimēte: qm̄ lumē fluere facit humores. Sed re vera vtraqȝ cā debilis est. Nam p̄mo nõ minus stante camera clausa vndiqȝ: ⁊ luminosa euitat̄ vētus. Potest ēt calefieri aer cū igne ex aromatibus: vt manifestum est. Fluxus ēt humoꝝ ⁊ si a principio sit verēdus: in ꝓcessu tn̄ corpe molificato non vr̄ multum afficere posse. Credo igit̄ cū clarissimo gentili: qꝫ qm̄ maximū eoꝝ exerci^m curati^m ꝯsistit in ꝯtinue spuēdo masticatorijs siue gargarismatibus: vt videbit̄: ⁊ indecēs foret: vt ab astantibus talis ꝯtinua expuitio appereret: laudabile fuit vt ī aere obscuro: ⁊ ī camera obscura moraret̄. ¶ Cauēdū igit̄ a frigore tpe hyemis: ⁊ ab aere quolibet hūido ⁊ vaporoso: siue hūectatiuo. Ideo tpe estatis p̄cipue cauendū est ne moret̄ sub radijs lune. Eligat̄ igit̄ quolibet aer calidus ⁊ exiccatiuus. Et si nõ fuerit talis nāliter ī tpe hyemis fiat artificialr̄ cuȝ ꝯtinuo igne in camera ⁊ suffumigijs factis: apponēdo modicū de pasta facta: vt ī fra sup carbõib⁹. ℞. mirrhe: thuris: nucismus. añ. 3. 5. gariof. ligni aloes añ. ℈. i. cū modico terbentine fiat pasta. ¶ In cibis aūt sit regl̄a vt euitentur oēs cibi infrigidatiui ⁊ humectatiui. Et hoc mõ cauendū est a fructibus aquosis: ⁊ cerasis: melonibus prunis: ⁊ h̄ꝫ. Cauendū ēt a cibarijs viscosiȝ ⁊ grossiȝ dantibus nutrimētū. Et sic cauendū est a cibis de pasta: ⁊ carnibus oībus pinguibus: musculosis: ⁊ neruosis: ⁊ precipue agnoꝝ: ⁊ vituloꝝ ꝓpinquoꝝ generationi. A caseo ēt ⁊ ab aīalibus magni corporis ⁊ maxime antiqs: vt bobus maxīe. tamen a piscibus magni corporis: ⁊ squamis carentibus est p̄cipue habēda ꝯtinētia. ¶ Ab aceto ēt singulr̄ cauēdum est maxime: imo ex eo qꝫ vinū indigestū trahit̄ ad neruos: ⁊ in illius mēbris frigidis acetosat̄ est in casu regulariter vetitū: lȝ pp cõsuetudinē obseruandam: vel alia acci^a de dolore stomaci: ⁊ iflamatione mirach eo parce vti tn̄ aliq̄tiēs vt necesse sit. ¶ Pro regula igit̄ eligant̄ cibaria ad calidū ⁊ siccum declinātia. Et si ab auctorib⁹ in p̄ncipio huius morbi vsqȝ ad. 14. interdicant̄ exiccatiua: ⁊ ēt resolutiua: ne subtili dissoluto grossūȝ inspissetur. In casu tn̄ nostro pp diuturnitatē morbi: tute exhiberi p̄nt. Et sint in casu nr̄o assata magisq̄ꝫ elixata. Sit igit̄ panis ex frumēto mūdo aliqualiter furfuratus modice salitus: sufficiēter coctus: nõ tn̄ comedat̄ calidus: neqȝ post tres dies. Inter carnes laudant̄ carnes castrati ānalis: caponū: fasianoruȝ p̄dicū: turturū: similr̄ carnes auiū montanaꝝ. Carnes leporine in casu sunt singularis iuuamenti: ⁊ precipue cerebrum eoꝝ. c. i. Itē v̄ificatū est comestionē capitū leporuȝ q̄ꝫtum possibile est valere tremori mēbroꝝ: palesi: p̄ditiōi sensus: ⁊ motus ⁊c. Oua quoqȝ gallinaꝝ nõ indurata siue per se: siue mixta in viuarolo cū aliq̄bus herbis: de q̄bus infra: siue caseo nõ sūt precipui nocumēti. ¶ In casu herbe ꝯuenientes sunt isopus: saluia: maiorana: betonica: rosmarinus. iua. singulariter herba sancti petri: ⁊ h̄ꝫ. Brodia ēt carniū laudabiliū: de q̄bus supra cuȝ pane in his cocto: vel brodiū ciceꝝ rubeoꝝ ē cibariū ꝯueniēs. ¶ Inter fructus valent auelane assate: pinee p̄parate. s. qꝛ ifuse in aq̄ tepida remota pellicula iteriore tandem exiccate ⁊ indurate cum zuccharo. Ideȝ intelligendū est de fisticis. que ēt passe sunt in casu ꝯueniētes siue añ cibum: siue post sumantur. ¶ Uitandū ēt vinuȝ vt supra dictū est: nisi necessitas fuerit de longa cõsuetudine: vel nocumēto stomaci. Quo casu bibat vina mediocria: ⁊ in cõpetenti substantia ⁊ colore: mixta tamen cum aqua mellis in hyeme: ⁊ aqua zucchari in estate addendo in decoctiõe paꝝ isopi: vel saluie: siue nucismus. ¶ Et si vt dictū ē. necessitas nõ fuerit in potu vini: laudabilior erit loco eius potus aque mellis vt dictum est. Et hec sufficiant q̄ꝫtum ad regimen de cibo

⁊ potu

ꝛ potu. Sit tñ obseruãtia in potu vini si eodẽ vtaꝛ: vt ꝑus nõbilr comedaꝛ ꝙ̃ bibaꝛ. ¶ Circa motũ ꝛ q̃etẽ breuiter dicaꝛ: ꝙ singula die añ cibuꝫ ꝯuenit vt exercim fiat facta prius tñ euõne superfluitatũ cõiuꝫ. Nõ fiat tñ laboriosuꝫ vt sequaꝛ inde lapsitas. Et si nõ põt fieri pedes: fiat eques Et si forte fieri nõ põt ꝑꝑ aliquã cãm loco huius fiat exercitiũ: qđ est fricatio mẽbroꝝ inferioꝝ ꝑm. deinde fricatio superioꝝ: vt spatulaꝝ ꝛ brachioꝝ: descendendo ꝯñter ad inferiora: nõ tñ fiat nisi stomaco simplr ĩanito: vt dictuꝫ est. Est queadmodũ exercitiũ tpe debite quietis factum maxime ĩcõueniẽs: q2 ĩcõpetenti tpe fiat: ita quies si opposito tpe fiat. Et exercitiũ tpe debite q̃tis factũ est maxie ĩcõueniens: vt si fiat sumpto cibo de recẽti ꝛ maxime laboriosuꝫ. ¶ In somno ꝛ vigia sit regula: ꝙ vtraqꝫ magis mõ facta ꝛ supflua nocẽt: moderate aũt facta iuuant. Sit tñ vigilia amplior somno: ita. s. si tẽpore sanitatis solebat dormire. viij. horis vel. ix. iam sufficit vt dormiat tantũ vij. horis. Tardet tñ somnũ post cibum adminus ꝑ duas horas: ꝛ dormiat cooꝑtus pãnis capite bñ leuato. Neqꝫ ꝺ die dormiẽdũ est: nisi vel longa ꝯsuetudo: vel forte qñ de nocte dormire nõ põt: quo casu coacte saltẽ liceret: ꝛ tunc dormiendũ esset in obscuro extremis ẽt notabilr cooꝑtis: vt manibus pedibꝰ: ꝛ eẽt dormiẽdũ quodãmõ accubãdo: vt fuit sñia Auic. in canticis. ¶ Singula ẽt die habeaꝛ vẽtris bñficiũ: qm̃ ipsius inanitio est multũ in casu ꝓficua. Et si nõ põt hẽri nãliter habeaꝛ artificialr cũ suppositorio ex melle facto: vel radice bletis: vel aliter alio stimulãte vel incitãte expulsiua: siue clisteri facto vt infra. ℞. bletis mercurialis añ. M. i. furfuris frumẽti: camomille añ. M. ß. ysopi: sticados añ. tertiã ꝑtẽ. M. bulliãt ĩ vna situla aq̃ vsqꝫ ad vi. par. ꝯsumptionẽ: deinde dicta decoctiõe facta decollatura sumaꝛ libr̃. i. ß. ꝛ addaꝛ cassie extracte. ℥. i. mellis cocti ꝛ ꝺpurati. ℥. i. ß. yerepigre: si expedit ad magis stimulandũ. ℥. ß. cuꝫ oleo cõi: ꝛ ruthe paꝝ: ꝛ sale: qđ sufficit fiat clistere. ¶ In passionibꝰ vͦo aialibus tristicia: ꝛ vehemẽs animi applicatio ad agendũ: vel speculabilia plurim nocent. Incendere autẽ ꝛ interdum paꝝ irasci est iuuamentũ: ꝛ hec sufficiant ꝙ̃tũ ad regimẽ ꝛ dicta ꝑticulariũ.

¶ Restat vt morbus ẽt cito moueaꝛ: ꝛ ne nimis antiqueꝛ: qm̃ eius diuturnitas reddit eũ difficilẽ ad euacuãdũ: vt ponantur medicine in casu ꝯferentes. ¶ Uerũ est tñ vt refert Rasis ꝑͦ ꝯtinẽtis: ꝙ dixit se vidisse senes: quoꝝ q̃sdã inuasit tortura. xx. annis ꝛ alios. xxx. ꝛ nullũ ex illis ex eo nocumẽtũ sustinuerũt. Ut tñ ĩ totũ remoueaꝛ supposita cõi doctrina medicoꝝ: ꝑmuꝫ fiat totius corporis euãtio predigerẽdo mãꝫ. deinde ad particularẽ euonem mãe: q̃ est cã ꝯiuncta nocumẽti veniẽdũ erit. ¶ Sit igiꝛ ordo taliter: qđ si corpus fuerit plethoricũ cũ dñio sanguinis in toto vel mixtione humoꝝ cũ sanguine: tũc ꝯuenit vt a ꝑncipio fiat flobothomia leuis: tñ de vena basilica cõi nigra ꝫ ꝙ maior vel minor fuerit plenitudo sufficit flobothomia vene cõis. Nõ tñ fiat aliquo mõ flobothomia nisi ꝑcedẽte vẽtris inanitione cũ clisteri: de quo supra: vel medicina lenitiua ꝑ supius exhibita ex manna vel cassia vel alyshꝯ: q̃ tñ ad casuꝫ ꝑncipalẽ nõ ꝯueniũt. ¶ Cõseq̃nter veniẽdũ erit ad euandũ mãꝫ peccantẽ ꝛ aliqualr: ꝑus tñ eaꝫ ꝑparãdo expulsioni cũ digestiuis: vt infra. ℞. mel. ro. ℥. ij. sirupi de duabus radicibus sine aceto. sirupi de sticados añ. ℥. ß. aquaꝝ betoni. ysopi: ꝛ cicoree. añ. ℥. ij. mis. pro duabus vicibus clarificeꝛ: ꝛ aromaticeꝛ cuꝫ modico nucismus. Cõtinueꝛ iste sirupus hora ꝯuenienti sirupoꝝ sumẽdo q̃nqꝫ vicibus. Post sumaꝛ medicia vt infra. ℞. agarici electi. ℥. ij: acori: sticados añ. ʒ. ß. salisgẽme. ʒʒ. añ. ℈. ß. ĩfundanꝛ in oximelle squilitico ꝛ aq̃s betonice: ĩsopi. añ. qđ sufficit: ꝛ facta infusione ꝑ. x. horas fiat collatura: cui addatur cassie extracte: dyachatoliconis. añ. ℥. ß. dyafeniconis. ℥. i. ß. misce: ꝛ fiat potio: sumaꝛ vt reliq̃ medicine sumi solent tardando lauatim per. vi. horas: stando in camera obscura ꝛc̃. Lauatiuũ aũt fiat sumendo. ℥. vi. aq̃ decoctiõis cicerũ rub. cũ media. ℥. zucchari rub. vel sumaꝛ de aq̃ mellis: postea tardeꝛ prãdiuꝫ per. vi. horas: vt supra de medicina dictũ est. ¶ Cõsequẽter ista facta mũdificatione obserueꝛ notabilis canon domini Rasis loco allegato: ꝛ sũt verba eius. Et est ꝑmeditandũ in dispositione tortura: q2 si contingat sensus pacientis turbari: ꝛ corpus esse ponderosum: ꝛ nõ agile in suis motibus dꝫ purgari: supple facta purgatione cõi: vt supra cũ difficili purgatione. i. forti ꝛ laboriosa: vt. s. supple pillulis de euforbio vel serapinͦ ꝛ similibus. Et addit. Sed si corpus est ꝫ dispositionẽ nãleꝫ. s. supple de agilitate totius: ꝛ de incõcauitate sensuũ. Tunc est sciendum: ꝙ passio est solũ in illo mẽbro: qđ est lesum in ꝑtibus faciei: ꝛ corpus est bñ mundificatũ: ꝛ nõ dꝫ incurrere aliqđ malũ: nisi illud qđ prius habuit. ¶ Uex est tñ ꝙ qm̃ talis dispositio maxime fouetur: ꝛ cõseruaꝛ ex debilitate cerebri humiditate ad dictas ꝑtes catharriçante credo laudabile foret ẽt existente corpore satis mũdo: qđ cognosciꝛ ex textu superius allegato: si fiat aliqua pasta pillulaꝝ: de qua singula ebdomada saltẽ bis sumaꝛ vna pillula grossa. ℈. vnius ad cõtinuo cerebꝝ mũdificãduꝫ: ꝛ ꝯfortãdũ eius. Descriptio fiat: vt infra. ℞. agarici electi ʒ. ij. sticados arabici: acori. añ. ʒ. i. nucismus. yue. añ. ʒ. ß. cuꝫ sirupo de sticados formẽtur pillule dosis: vt supra. Laudo ẽt fieri clistere: vt supra: saltẽ semel in ebdomada: vel bis. ¶ Circa vero ꝑtinẽtia ad cãm ꝯiunctã: ꝛ si plurima infrascripta ꝯueniãt ad ꝑfectionẽ cure: tñ dicit Mesue. c. ꝓprio ad ꝑnci. Ueruꝫ gargarismata cũctis medicinis ꝑponẽda sunt cũ caputpurgijs: cũ sint vtraqꝫ euacuatiua. ¶ Laudo ĝ esse ꝑticularia fienda et fieri ꝑͦ gargarisma: vt infra. ℞. acori: sticados: yue aromatice: rorismarini. nucismuscate añ. ʒ. ij. macis: maiorane añ. ʒ. ß. fiat decoctio in debita quantitate aque vsqꝫ ad consumptionem q̃nti: deinde in ℥. iij. dicte decoctiõis addaꝛ aceti. ℥. ß. mellis electi: siue oximellis. ℥. i. seminis sinapis. ℈. ß. misce: ꝛ fiat inde gargarizatio in mane stomaco vacuo: factis tamẽ euonibus cõibus. ¶ Laudo ẽt fieri caputpurgiũ: vt infra. ℞. succi radicis bletis depurati. ℥. ij. aque mellis. ℥. i. ß. decoctionis nucismuscate. ʒʒ. nigelle. añ. ʒ. ß. misce ꝛ tepidũ trahaꝛ ꝑ nares expurgando: ꝛ ħ diebꝰ ẽt ꝯtinueꝛ aliq̃bꝰ: aliq̃tiẽs tñ iterpolãdo. Laudo ꝯñter fieri sternutatoria ex insuflatione elebori al. de quo dicũt Rasis ꝛ Serapio: ꝙ hꝫ mirabilẽ ꝓprietatẽ si sumanꝛ duo grana. Sꝫ dicit Rasis spãliter ꝙ dꝫ teri subtiliter ꝛ pulueriꝫari ꝑ pãnũ siricuꝫ ꝛ dissolui cum aqua. s. maiorane: ꝛ intromitti in nares ꝑ nastale. Dixit tñ ipse ꝙ aq̃ dꝫ eẽ illa q̃ est distilata a cisternis. et addit ꝙ multi ꝯualuerunt ex hac cura facta vna vice. ¶ Põt etiã fieri insuflatoriũ cõe ex granis piretri: ꝛ piperis longi añ. ʒ. ß. Ualet ẽt si fiat masticatoriuꝫ: vt infra. ℞. piperis longi: nucismuscate: acori: masticis añ. ʒ. i. passulaꝝ. ʒ. ij. cũ modico cere fiat masticatorium: ꝛ ꝯtinue spuatur qđ ad os fluit. Conuenit ẽt si reliquo toto tpe: ꝛ nocte teneaꝛ in ore nuxmuscata siue frustũ eius: siue teneaꝛ mirabolanꝰ niger: siue kebulus: ꝛ ad idẽ tẽdit. ¶ Laudo ẽt fieri stupham faciei cooꝑtis oculis cũ bõbice vt ĩfra. ℞. sticados maiorane: pulegij: calamenti: origani: rorismarini. añ. M. i. acori. ℥. i. ß. nucismuscate: macis: piꝑis lõgi. añ. ʒ. ij. buliant oĩa in aceto aliq̃bꝰ bulitiõibꝰ: post ignianꝛ tres vl q̃ttuor lapides viui: ꝛ sic igniti extinguãꝛ ĩ vase: postea cooꝑto capite recipiaꝛ fumus: vel fiat stupha. Et idem est: ꝛ ꝯtinueꝛ: q2 singlare ẽ. Est ẽt hñda ꝑcipua cautela: vt singla die speculeꝛ in speculo: ꝛ ꝯuertaꝛ se reducendo faciẽ in dispõnem

nāliorē ligādo ꝯnter cū plumaçolis sꝫ sitū ꝯueniētiorez: prius tñ fcā inunctione circa ptes lesas: que cognoscit̄ ex supradictis: vt infra. ℞. olei costini: olei laurini. aā. ℥. s. olei de lilio: olei balsa. aā. ℥. ij. misce: et fiat inunctio. ℂ Laudatur ēt singulr̄ a Rasi emplastꝝ qđ fit si decoquant̄ carnes silvestres: verbi grā caprioli: vel lepoꝝ: ꝛ ꝯterant̄ ꝛ misceātur cū oleis vt supra: ꝛ apponant̄ calida sup locum. Addit ipse: ꝙ ista est melior ꝛ magis expta via: ꝗ repiat̄ ad hūc morbū. ℂ Et pro intētione ēt ꝯfortationis cerebri pcipue valet si sumat̄ i mane ad quātitatē nucis ꝯfectiōis dyacori. Uel sumat̄ dyacori conditi vel. ℥. cōditū. Et ad eandē intētionē valet plirisarcoticon: dyamuscꝰ ēt dulcis: ꝛ amarus: ꝛ hꝫ ēt similes. Et tñ bñda aduertētia in tpe calido: qꝛ vsus talium medicinaꝝ calidaꝝ dꝫ eē cū cautela ꝛ mensura. Et ista sufficiāt in casu ꝑsuppositis pticularibus facietibus ad ꝯfortationē: ꝛ ad mundificationē cerebri: de fricatiōe capitis: pectinatione: sacelationibus: ꝛ hꝫ.

ℂ Pro yectigatione remouenda. Consilium. XVIII.



Isposítio de qua al's mihi dixistis optime cōpater apud medicos proprio nomine vocat̄ yectigatio. Nam ex motu vaporis vel ventositatis clause inter cōcauitatem mēbroꝝ musculoꝝ vel saltē vilosoꝝ cum sensibili nāli motu partiū exterioꝝ: nam mā vaporalis vel vētosa in mēbris nobilibus: sicut est cerebꝝ: nō pōt ꝯcludi vel retineri violenter: neqꝫ in mēbris duris: sicut sunt ossa: pōt facere dilatatōez vel extēsionē ex ꝯsequēti soluꝫ clausula i medijs mēbris: de qbus dictū est: factū accidens dictuꝫ in partibus faciei: maxie circa mētū: vt al's mihi dixistis. ℂ Cā igit̄ pncipalis huius nocumenti est multiplicatio ventositatis in mēbris dictis. Et qm̄ ventositas a diminuto calido nāli pcipue gnātur: idcirco oīa calidū naturale debilitātia sunt cā huius ꝑ quēdā gnālem modū debilitādi digestiuā: vñ nō reddit̄ virtus sufficiens debite terminare huꝰ digestibile: neqꝫ vaporē in actu digestionis eleuatuꝫ insensibiliter resoluere. ℂ Unde pncipalis intētio circa dietaꝫ est abstinere ab oibus: ꝗ digestionē ipediunt: ꝛ vti eis ꝗ ad digestionē faciunt: ꝛ h̄ erit fiendū circa partē ad dietā ptinentem. Ḡo circa medicinalia ponētur quedā resoluētia mām actu ꝯtentaꝫ in mēbro leso: ꝛ ꝯfortātia vtutē mēbri pticularis ad ꝓhibitionē indigestionis: ꝛ multiplicatiōis vētositatis. ℂ Circa ergo pmū quātū ad dietā cauēdū est ab oibus: ꝗ digestioni repugnāt: ꝛ ḡo de eis ꝗ ad caput euaporare faciunt: ne cereᵐ debilitādo ꝛ catharriçando deorᵐ sit cā nocumenti. Et repugnātia digestioni sunt in duplici drīa: qđā enim sunt repugnātia ꝛ digestionē corrūpentia: ꝗ tñ non sunt difficilia ad digereñ. ꝛ h̄ aut qꝛ grossa: aut qꝛ viscosa: vel qꝛ frigida. vel nō ꝯsueta: vel abominabilia: ꝛ ab his oībus est abstineñ. Exempli grā in pmis est euitādū exerciᵐ imoderatū: qes imoderata: somnus ꝛ vigilia imoderata: ꝛ maxime super repletionē: ꝛ huius generis sunt passiones aīales supflue ꝛc. Sūt ēt diuersitates cibarioꝝ i eadē mēsa: ꝛ mēse ꝓlongatio: ꝛ ciboꝝ mala masticatio: ꝛ ferculoꝝ magna interrupꝰ: ꝛ ipoꝝ inordinata sumptio: puta grossorū añ subtilia: nisi existēte corpe multū famelico quo cāu liceret: ꝛ similr̄ multa potaꝰ: ꝛ pcipue iter duas comestiones: qñ. s. digestio ē in fieri: imoderatꝰ coitꝰ pcipue super repletionē ē ꝺ maxie nocētibꝰ. ℂ Nō ē ēt vllo mō imediate post cibū dormiēdū: nec studēdū cū vehementi animi applicatione circa subtilia ꝛ speculabilia: nō est comedendū nisi prior cibus stomacū exierit: qđ sciet̄ ex stomaci lenitate ꝛ vacuitate: ꝛ ex egestiōis emissione: ꝛ vrinaꝝ coloratione: ꝛ tandē ex appetitu vigēte: hec. n. oīa digestionem corrūpunt: ꝛ sic ꝯnter sunt digōni repugnātia: nō qꝛ difficilia ad digerendū. ℂ Aliqd igit̄ prio fit difficile ad digerēdū: qꝛ grossuꝫ: sicut carnes bouine: ceruine: panis azimꝰ: ꝛ hꝫ: vñ dimitti debēt carnes oēs salse: silr̄ pisces salsi: ꝛ carnes aīaliū silvestriū: ꝛ magnoꝝ corpoꝝ: pcipue antiquoꝝ: ꝛ spāliter salsoꝝ: ꝛ aues aquatice vel paludose: ꝛ ēt oīa genera leguminū. Aliꝗ ēt nocēt qꝛ viscosa: vt carnes pigues: ꝛ cartilaginose: ꝛ porcine: ꝛ pisces nō squamosi: maxie habentes magna corpa: ꝛ pp istā cāꝫ ēt vitanda sunt fercula de pasta: vt lagana: turte: ꝛ rabioli: ꝛ maxie ꝺ pasta azima. Et ꝑ h̄ ē cauēdū a caseo bñ pigui: ꝛ viscoso: vl̄ buthyroso: ꝛ turtellis factis ex frumēto ꝛ lacte aīaliū. ℂ Sūt ēt vitāda cibaria sua frigiditate nocētia: vt sunt oīa gnā fructuū: lactuce: ꝛ portulace: ꝛ hꝫ: ꝛ sicut acetū: limones: arācij: precipue agresta ꝛ silia: nisi modica ꝗtitate in saporibus aliquādo. Sunt ēt vitanda incōsueta maxie abominabilia ꝗtūcūqꝫ in se bona fuerit. ℂ Est ēt ꝓ regula obseruādū: qđ nō comedat̄ vsqꝫ ad saturitatē: vñ nō est cibꝰ ita bonꝰ qn nō possit effici malus pp ipsius magnā ꝗtitatē: qꝛ supra eū nō poterit vtus hr̄e cōueniens ad digerēdū dñiū: vnde de necessitate malignabit̄. Et ex his intellectis cōprehendi pt̄: qbus cibarijs vtēdū sit ꝛ quō. Restat tñ circa hanc ptez vt ꝓhibeant̄ qcūqꝫ euaporationē ad caput faciunt: ꝛ ꝗ cerebro ꝛ neruis pcipue nocent: nā ab ipsis membra neruosa dependentiā hñt. Et sic nocēt brodialia precipue i sero: ꝛ pinguia: vnctuosa: ꝛ vina potētia qcūqꝫ: maxie alba: lꝫ vina ēt multum debilia ꝛ aquosa sint nociua: sicut acetum: qđ inimicum est neruis ꝛ membris neruosis.

ℂ Iā ꝯnter veniēdū ē ad mām magis cū medicinis. Et qm̄ debilitas vt dictū est musculoꝝ ꝛ neruosoꝝ depēdentiaꝫ hꝫ a cerebro ꝛ nucha: ꝗ mēbra facilr̄ labunt̄ ad humidū ꝯternāle: ꝛ sic reddunt̄ debilia: laudo ergo fieri mundificationē ex cerebro ꝛ neruis de mā frigida ꝛ humida. Et qm̄ rectius est māꝫ ꝑus digerere ꝗ euare: maxie nō exn̄te multa repletione ꝓuocatiua: quā ñ arbitror eē in casu laudo sumi sirupos: vt infra. ℞. sirupi de sticados mell' rosa. aā. ℥. vi. aquaruꝫ maiorane: isopi: ꝛ buglose: aā. ℥. i. misce: ꝛ ꝯtinuet̄. v. vicibꝰ. ℂ Uel posset sumi dictus sirupus cū. ℥. iij. decoctionis vt infra. ℞. acori. ij. sticados arabici: passularum. aā. ℥. i. radicuꝫ feni. cinamomi: aā. ℥. s. xilobalsami: carpobalsami: rorismarini: aā. ℥. iij. bulliāt in sufficiēti ꝗtitate aque vsqꝫ ad ꝯsumptionē tertie ptis: ꝛ de ea sumatur simul cuꝫ sirupo. Posset ēt cū decoctiōe ista cū zucchаro vnius cocte: ꝛ vna pte mellis fieri iulep. Sirupis his sumptis sumat pillulas: vt infra. ℞. pillulaꝝ cociaꝝ. ʒ. ij. s. fetidaꝝ. ℥. s. si fuerit ꝯstātis virtutis cum oximelle simplici fiant pillule. Et si fuerit debilioris loco pillulaꝝ fetidaruꝫ sumat de pillulis stōaticis Mesue: vel de pillulis de yera simplici. Et sumant̄ hora ꝗ sumi debent medicine solutiue. Postea post horam sumat lauatiuū cū brodio ciceruꝫ rub. ꝛ media. ℥. zucchari rub. Sequenti mane sumat ꝑ. vi. horas añ cibuꝫ ꝯfectiones: vt infra. ℞. metridati. ʒ. iiij. dyabuglossati. ℥. ij. ℂ Laudo ēt singulis. x. diebꝰ sumi post cenā tres pillulas de infrascriptis. ℞. agarici trociscati. ℥. ij. pillulaꝝ alayeret. ℥. i. acori. ℥. s. cū oximelle fiat pasta ꝑ pillulis. Et alijs diebus laudo sumi coclear. i. de mane de cōfectione: vt infra. ℞. diacori. ℥. ℥. plirisarcoticon. ℥. i. cum sirupo de sticados fiat ꝯfectio. ℂ Quibus factis laudo fieri sternutatorium ad excutiendum mām ex maxillis factā ex pipe longo piretro: ꝛ cū modico ꝯdissi insufflando per nares cū penna. Laudo ēt interdū fieri masticatoriū ex nucemusca. ꝛ mastice ꝛ passulis simul ꝯtritis: ꝛ malaxatis: ꝛ in pastā redactis: ꝛ sumat ad ꝗtitatez auellane.

ℂ Iaꝫ vltimo veniendū est cū localibus ad ptē lesaꝫ. vñ

laudo

laudo fieri sacculos cũ reb⁹ vt infra. ℞. floꝝ mellilloti: camomille: sticados: arabici: absynthy: floꝝ maiorane: ãthos añ. ℳ. i. anisoꝝ. ʒ. ij. ꝯtundant̃ grosso mõ: ⁊ ponãt̃ ĩ sacculis ⁊ buliant in vino aromatico citrino: ⁊ ita expssi calidi ponantur sup loco vnus post alteꝝ. Et aliqñ coueniet fieri inunctionem ptis illius cũ oleo vt infra. ℞. olei spice camomille: ⁊ laurini añ. ʒ. i. misce. Placet ẽt ad cõfortationem cerebri fieri pomũ ad odorandũ vt infra. ℞. laudani. ʒ. ij. gar. macis ligni al. nigelle: storacis: calamite: corticũ citri añ. ʒ. i. galie muscate rosa. añ. ʒ. ß. calami aromatici thuris: maiorane añ. ℈. ij. musci: ãbre. añ. ℈. ß. fiat pomuꝫ cum aqua rosa. ⁊ optimo vino. Nõ tñ vtatur hoc nisi p̃us facta mũdificatione: vt supra dictum est: neqꝫ post cibum nisi transactis quinqꝫ horis ⁊c.

ℭ Pro vngula. Consilium. XIX.

Rius facta eius incisione. ℞. betonice: ruthe: edere: terrestris añ. pone in vino al. ⁊ coq̃ vsqꝫ ad tertiam p. postea colla: ⁊ in vij. ʒ. dicte decoctionis põe. ʒ. i. viridis eris ⁊ buliat paꝝ. postea colla: ⁊ pone intus vitrum pro ponẽdo intra oculum. Item. ℞. aloes epatici abluti in aqua infusiõis draganti. ʒ. iiij. ß. oium mirabolanoꝝ masticis: absynthy: reubarbari: rosa. viol. scene: agarici: cuscute añ. gra. xv. interioruꝫ coloquintide. ʒ. ß. ꝯfice cũ melle bulito cũ succo feni. ⁊ absynthy: ⁊ collato despumato p sumendo per os.

ℭ De debilitate ⁊ obscuratione visus ꝯtingentis ex subtili pãno in tunicis exterioribus oculi gñato. Cõsiliũ. XX.

In casu debilitatis ⁊ obscurationis visus ꝯtingentis ex subtili pãno in tunicis exterioribus oculi generato ex mã ad ipꝫ oculũ defluxa mẽbro pp debilitatẽ parato recipere influxũ supfluitatuꝫ ab alijs mẽbris potissimũ ex cerebro ppter nocumentum al's sensibile in eodẽ mẽbro ppter variolam ⁊ cicatricẽ eius: ppter que multo tpe fuit facta lesio in operatione visiua eiusdẽ oculi: lꝫ in tpe fcã curatiõe reddita sit perfecta opatio: sed postea pbabiliter ex malicia regis: ⁊ ꝯñter multiplicatis in toto: ⁊ p̃cipue in capite supfluitatibus: ⁊ p̃cedẽte debilitate oculi ex cãis supradictis: ⁊ in resistendo causis ĩprimẽtibus: ⁊ in expellẽdo supfluitates talis mãe ibi expulse: q̃dã ẽt per paulatinã ꝯgestionẽ ibi cõgenite: tãdẽ sunt inspissate ad nãm paniculi: gb⁹ causis nisi occurratur facile transiret ad catarratam.

ℭ Pro curatione igit̃ duo fient. p̃mo ponet̃ vniuersale regimen in regimine reꝝ ineuitabil'r nobis occurrẽtiuꝫ. 2° p̃ncipal'r ad medicialia ꝺueĩedũ erit. ℭ Circa regimẽ igr̃ in aere vitetur ois excessus in q̃litatibus primis. s. in caliditate friditate. vñ ois intensa caliditas. s. solis in diebus canicularib⁹: ⁊ ẽt statio apud igneꝫ vel in stuffa: aut nimia capitis cooptura semp est nociua. Olfatio ẽt calidoꝝ: ⁊ si aromatica sint nocet: q̃m quelꝫ talis caliditas cerebꝝ calefaciens ⁊ oculos faciet euaporationẽ ad dicta membra: qui vapores sunt cã nocumenti pp ꝯuersionem eoruꝫ ad mãm: ⁊ mixtionẽ eoꝝ cũ spiritibus visiuis spiritũ ẽt visibilẽ resoluẽdo. ℭ Intẽsa quoqꝫ frigiditas spiritũ ingrossando ⁊ humidũ oculi inspissando est potissima cã huius nocumenti. Est ergo cauendũ ab aere serotino discoopto: ⁊ maxime sub radijs lune. Et sic ẽt cauenduꝫ est a vento meridiõali: ⁊ a boreali: ⁊ maxĩe cũ seq̃t meridionalẽ: q̃m australis capita replet; ⁊ borealis postea ꝯstrigit: ⁊ ad oculos fluere facit. Aer ergo ad siccũ declinet: ⁊ ad tempamẽtum in caliditate: qδ q̃uo fieri debeat satis est notũ: saltẽ per suffumigiũ exiccatiuũ tempate calidũ factũ in camera: ⁊ hec de aere. ℭ Circa euõnẽ ⁊ retentionẽ sumarie dicatur: q̧ pcitas ⁊ abstinentia in casu magis iuuat quã repletio: imo ventris lenitio in casu est maxime necessaria. Idcirco dixit Ypo. vi. pticula afforismoꝝ. In ocl'is patiẽti a diaria. i. a fluxu humorali accipi bo^m: hoc est habere ventris fluxibilitatẽ in omni egritudine oculoꝝ mãli cõuenit diuertendo mãs ad opp^m. Et ita in casu nostro ꝯuenit ventris molities. Nõ fiat tñ superflua euõ: q̃m minorat̃ pinde mensura spirituũ: quoꝝ maxĩa q̃ntitas necessaria est p operatiõe visiua. ℭ De somno ⁊ vigilia breuiter dicatur: q̧ lꝫ vigilare multũ oculos debilitet: nihilomin⁹ somnus superfluus ẽt nocet: si supra replõnem stomaci ⁊ intestinorum fiat. Sit igit̃ somnus septẽ horaꝝ in nocte ad plus. Et de die nullo° dormiatur: nisi necessitas fuerit: qñ. s. pp aliquã nec̃riaꝫ ꝯtingẽtiã in nocte sufficiẽter nõ dormisset: in q̃ casu dormire in mane meli⁹ est: ⁊ si nõ post prãdium p duas horas: ⁊ tũc dormiat̃ in camera clausa sine lumĩe q̃si accũbẽdo capite eleuato: ⁊ extremis decẽter coopertis: ⁊ p vnã vel duas horas ad plus. ℭ De exercitio ⁊ qete sit regula: q̧ exerci^m cõi toti pedes factũ in cãu plurimũ iuuat: diuertẽdo mãs ad ĩferiora. Nõ sit tñ laboriosuꝫ ita vt nõ pluri^m resoluat. Nõ ẽt fiat. s. replõnẽ stomaci: sꝫ euacuato stõ magis añ horã prandij p horã cũ dimidia vel circiter. ℭ Idẽ dico añ cenã si fieri pt: q̧ si fieri nõ possit saltẽ loco ei⁹ añ cibũ p paꝝ fiãt fricatiões pedib⁹. Lotiões ẽt freq̃ntes ⁊ pedũ ⁊ manuũ aliq̃l'r vices supplent ĩ casu nr̃o. Fricatio ẽt ⁊ pectina° expulsis supfluitatib⁹ cõib⁹ p̃us: vt inqt Aristo. in ep̃la ad Alexandrũ ĩ hoc cãu pluri^m pficit. Exercitiũ quoqꝫ oculoꝝ: ⁊ inspicere loca spaciosa: ⁊ amena ⁊ viridia est valde ꝯueniẽs. Uidere ẽt colorẽ viridẽ vel ad nigrũ declinãteꝫ: litteras ẽt bñ formatas mediocres nõ minutas ẽ ꝯueniẽs. Ex opposito ĩspectio coloris albi: ⁊ rubei ⁊ reꝝ difficiliũ ⁊ subtiliũ in ꝯpõne: vt l'raꝝ minutaꝝ admodũ nocet. Ex oppo° fumus: aer caliginosus: ⁊ puluerulẽtus maxime nocẽt. ℭ Circa passiones aĩales dicat̃: qδ ira furor: ⁊ iracũdia ⁊ relique passiones aĩales excessiue facte lꝫ iuuent exiccãdo: tñ nocent debilitãdo v̾tutẽ mẽbri. Gaudiũ aũt moderatũ valde iuuat: dico moderatũ: q̃m abundans risus p q̃nto lachrymas pducit nocet: si exuberantes fiãt: q̃m paucitas lachrymaꝝ aliquo° iuuat mũdificãdo mãs ipoꝝ oculoꝝ. ℭ Circa cibum ⁊ potum p̃ria regula. In ordine cibarioꝝ obseruet̃ ordo: vt lubrica ⁊ molia p̃ponant̃ stipticis: nisi inter ea sit mag^a diuersitas: q̃m si esset multa diuersitas in lubricitate: ⁊ stipticitate illa lubrica nõ ĩmediate p̃poni deberẽt: sed p tp̃s: vt p q̃rtũ vni⁹ hore vel circiter: q̃m si esset brodiũ pingue: vel lac: vel pruna bñ matura: ⁊ h⁹ cũ talia sumunt̃ nõ dꝫ ĩmediate suscipi cibus: sꝫ p tp̃s post vt dictũ est. ℭ Scdã regula. In q̃ntitate cibi sit pcitas in cibo: vt supra dictũ est: vñ nunq̃ comedat̃ vsqꝫ ad saturitatẽ stante mediocri ⁊ cõi appetitu. ℭ Tertia circa q̃litatẽ cibarioꝝ. Uitent̃ oia cibaria: que digestiuã retardant: ⁊ difficulter digerunt̃: q̃lia sunt cibaria cruda: vt fructus ⁊ insalatucia: maxĩe ex lactucis q̃ ẽt sua pprietate visuꝫ minuũt ⁊ debilitant: vt cõiter tradũt auctores. ℭ Acetũ ⁊ agresta arãcia q̊qꝫ ⁊ limones: ⁊ q̃cũqꝫ sunt notabilis frigiditatis sunt vitanda: nisi tpe maximi caumatis: qꝛ tũc ipoꝝ vsus in modica quãtitate ñ nocebit. Uitent̃ ẽt cibaria grossa ⁊ melãcolica fumos turbulẽtos gnãn^a: ⁊ sic carnes bouine ceruine ⁊ grossoꝝ aĩalium sũt vitãde. Uiscosa ẽt sũt nociua: vt carnes pigues: carnes musculose ⁊ carnes porcoꝝ. Aues ẽt aq̃tice vitande sunt. ℭ Uitãda sũt ẽt oia vaporãtia: vt cepe: porri: sinapis: alea:

vina potentia: vina grossa dulcia: species acute: piper: cinamomum ⁊ huiusmodi. vnde si aliquando sunt necessarie species magis valent gar. ⁊ macis cum modico coriandrus. ¶ His igit̃ intellectis tanq̃ notis a quib⁹ est abstinendum scimus ꝯñter quibus est vtendum: nec opꝫ hic multa narrare. Sꝫ breuiter sit panis elect⁹ debite coct⁹ vnius duoꝝ vel triũ dieꝝ. Carnes laudabiles sint vt carnes gallinaꝝ: ꝑdicũ: turturis: edi: caprioli: annalis agni: ⁊ carnes auiũ montanaꝝ. Pisces ẽt in modica quãtitate debent sumi. Eligibiliores tñ sunt squamosi nõ nimis magni: nec nimis ꝑui mobiles duꝝ carnis. Vinũ sit subtile mediocre in vigore. Et si aliqualr̃ ad stipticũ declinet erit ꝯuenientius. Aliqualr̃ tñ misceat̃ cũ aqua cocta decoctõis zuccharri plus ⁊ minus ꝑ ꝯsuetudinẽ ⁊ tẽporis qualitatem. Inter cetera circa regimẽ in cibo ⁊ potu laudo post cibũ ⁊ potũ vltimũ sumat̃ paꝝ de dyacitonitẽ sine spẽb⁹ vel aliq̃ coriãdra: nõ tñ in multa q̃titate: qm̃ ipsoꝝ nimius vsus obtenebrat sensus: vt volunt auctores. Et hec sufficiant q̃tuꝫ ad regimẽ diete. ¶ Circa medicinalia occurrũt tres ꝑncipales intentiones. Pria est supposita eũone cõi vt in casu factuꝫ est eũo ꝓpria respiciens mãꝫ ꝓpriã: q̃ in dies multiplicaret̃ nisi eũaret̃. Scḋa intentio est diuersio mãe ad oppositũ ⁊ repcussio ei⁹ fluentis. Tertia intentio erit cũ medicinis localibus ad abstergẽdũ ⁊ subtiliãdũ dictã tellam vel maculaꝫ cũ ocularib⁹ medicinis appropriatis confortantibus ẽt ṽtutẽ visiuã. ¶ Circa p̃mũ expediẽdũ lꝫ pillule ordinate sint in casu ꝯuenientes: q2 tñ est necessari⁹ frequens satis vsus modificãtiũ exñte infir⁰ in etate tenera laudant̃ ꝑdicta debilius soluentia ⁊ minus virtutem ledẽtia: qm̃ in pillulis lucis itrãt satis fortia soluẽtia. Laudant̃ igit̃ i casu singulariter mirabol. ꝯditi si sumant̃ vn⁹ vel duo singula ebdomada i mane. Põt ẽt fieri descriptio pillulaꝝ satis leuiũ que fient vt infra. ℞. aloes: epati ablu ti in aqua infusionis dragagãti. ʒ. iiij. ʒ. oĩuꝫ mirabo. masticis: absynthij: reubarbari rof. viola. sene. agarici: cuscute. añ. gra. xv. interioris cologntide. ʒ. ʒ. ꝯfice cũ melle bullito cũ succo feni. ⁊ absynthij collato ⁊ despũato. Et reseruetur ꝑ vsu sumẽdo vnã vel duas in sero: cũ itur dormitũ ꝑ duas horas post cenã. Et leuiores sũt pillule q̃s facit Mesue in ca⁰ de soda q̃ vocant̃ pillule de mastice: q̃ sunt ẽt securiores. Sꝫ si in dictis pillulis loco turbith igrediẽtis poneret̃ tãtũdẽ agarici: eẽt in casu magis cõueniẽs. Valẽt ẽt pillule asayeret: ⁊ sunt ẽt leuiores. Et pillule elefangie. Si ẽt singula ebdomada sumat̃ coclear vnũ trifere minoris ꝑ tres horas añ cibũ ad istã itẽtionẽ vꝫ: ⁊ sic ꝯpleta sic p̃a intẽtio. ¶ Scḋa itentio ꝑficit̃ cuꝫ diuertẽtibus ad o^m. vt singula ebdomada facto clisteri cõi cũ modico yere simplicis ⁊ decoctionib⁹ rerũ ocularium: vt betonice ⁊ feni. ⁊ huiusmõi. Fiãt fricationes ad crura ⁊ vẽtosatiões sicce: ⁊ lotiones cũ decoctione reꝝ oculariũ vt feniculi: ruthe: maiorane: ⁊ betonice ⁊ hꝫ. Et qm̃ ista nõ sufficiunt expedit deuenire ad ruptoria post aures: qḋ fiat ꝑ^m formã vt ifra. ℞. cantaridũ abscisis capitibus ⁊ alis infusaꝝ in aceto fortissimo ꝑ diẽ naturalẽ numero. vi. fermẽti. ʒ. ʒ. cum melle anacardino: qḋ sufficit fiat pasta: ponat̃ in forma sexini super vacuitatibus post aures: ⁊ supliget̃: ẽt teneant̃ vlcera apta per tp̃s supponendo ficus ⁊ mel mallaxatas. Et si nõ suffecerit istud diuersiũ oportebit deuenire ad ponendũ sectanũ l' cordulã in collo posterius vt fieri solet: nam istḋ est efficacissimũ in cura. ¶ Succedit postremo alia intentio eiusdem ꝑncipalis intentionis que est repercussio. Et ista cõpletur accipiendo lanaꝫ succidã: ⁊ cõburendo ⁊ ex cinere illius distempato cũ albumine oui qḋ sufficit fiat mixtura: ⁊ extendat̃ super pecia ⁊ supponat̃ alis oculoꝝ saltem nocte. Ad eandem intentionẽ valet si sumatur de thure ⁊ spica pulueriçatis: ⁊ cuꝫ albumine oui facta mixtura extendatur vt supra. nam in virtute hoꝝ ꝓhibet̃ fluxus materie ad oculũ. ¶ Occurrit postremo alia intentio que est cum particularibus medicinis attẽdere ad abstersionem materie inspissate: ⁊ ad ꝯfortationẽ oculi: semper cõmemorando vnuꝫ canonẽ ꝙ añq̃ abstersiua ⁊ exicca⁹ offerantur regulariter dꝫ precedere humectatio ad habilitanduꝫ materiã ad dissolutionẽ ⁊ resolutionẽ: vnde prius fiat stuffa vel receptio vaporosa ad oculũ cuꝫ aqua tepida decoctionis vt infra. ℞. floꝝ altbee ⁊ maluaꝝ añ. ʒ. ij. camomille. ʒ. i. fenugreci. ʒ. ʒ. paleaꝝ auene incisaꝝ. M. ʒ. bulliant leuibus bullitionibus tribus vel q̃ttuor in aqua fontis: ⁊ ex ea tepida fiat effumatio capite cooperto cum panno lineo. Si etiã infundatur pecia linea dupla in dcã decoctione ⁊ tepida supponat̃ oculo iuuabit: quo sic facto bis stomaco vacuo possumus accedere ad medicinas. Et p̃mo ad leuiores ⁊ mitiores: deinde ad fortiores accedẽdo. ¶ Fiat igitur p̃io colliriũ Alexãdri vt infra. ℞. succi feniculi depurati decocti ⁊ collati ꝑtem. i. mel' collati. fellis agni. añ. ꝑ. ʒ. misce. Vel fiat aliud. ℞. succi feni. ⁊ ruthe dꝑuratoꝝ: vt supra. añ. ʒ. i. ʒ. mell' collati. ʒ. i. simul bulliãt in vase eneo duabus vel tribus bullitionibus: postea cum eis dissoluant̃ tria folia lauri ⁊ reseruentur ꝑ vsu. Postea ad fortiora deuenire possumus. Et in hoc valet si insuffletur puluis subtilissime tritus ⁊ cribellatus intra oculum factus vt infra: q2 etiaꝫ substantia pulueris in casu iuuat. ℞. zucchari cãdij zucchari taberzet. añ. ʒ. i. ʒʒ. ℈. i. misce ⁊ fiat puluis. Et fortior eo erit puluis vt infra. ℞. punicis subtilissime pluerizati. ʒ. i. zucchari cãdij. ʒ. ʒ. misce. ⁊ si cũ eis addat̃ modicum balsami ꝙ mirabileꝫ in casu hꝫ proprietatem factis trociscis cum eis: ⁊ postea exiccatis erit mirabilis iuuamenti. ¶ Aliqui ꝯponunt fortiorem medicinaꝫ vt infra. ℞. ceruse lote ꝑtes. ij. floris eris. par. i. terrantur cõtritione vltima ⁊ ponant̃ in vase eneo polito cũ vino albo ⁊ succo ruthe: ⁊ succo celidonie depuratis ⁊ dimittãt̃ sic per diem nãlem. deinde collent̃: ⁊ collatura ponatur in vase vitreo: ⁊ distilletur ex ea in oculum mane ⁊ sero ponendo duas vel tres guttas intra oculũ. Aliud fortius ordinat Gulielmus placẽtinus vt ifra. ℞. floris eris. ʒ. i. tucie ꝑparate. ʒ. ij. vitrioli viridis de eo: de quo fit encaustꝫ. ʒ. i. spume maris. ʒ. i. ʒ. celidonie: ruthe: rof. ru. acori. añ. ʒ. xij. ista vltima celidonia rutha: rof. ⁊ acorus pistentur ⁊ bulliãt in libr̃. i. vini albi nõ dulcis tãdiu ꝙ medietas sit ꝯsumpta. postea collet̃ ⁊ in collatura mittat̃ puluis aliaꝝ reꝝ ⁊ siccentur in vmbra: ⁊ post exiccationem terrant̃ iteꝝ sup marmore ⁊ iterato misceantur cum dicta decoctione: postea siccentur ⁊ terrantur: ⁊ sic fiat q̃ter. in fine optime terrantur sicut alchohol ⁊ cribellent̃. postea ponat̃ paruꝫ eius ĩtra oculũ. ¶ Fortiores multo medicĩas plures reperire possumus ab auctoribus hincinde positas ⁊ a Mesue ꝑcipue. sed ego nõ trascenderẽ ad fortiores ꝑꝑ timorem exiccationis humoꝝ nãlium oculi ⁊ tunicaꝝ eius. Immo de ordinatis mihi magis placent leuiores: qm̃ cũ bono regimine ⁊ cũ alijs medicinalibus suprascriptis non ambigo futurã salutẽ ipsius oculi. ¶ Unũ tñ volo ꝯmemorare ꝙ est maxime obseruãdũ: ⁊ est descriptio vnius pulueris in forma pipate: quo supaspergant̃ cibaria sua: qm̃ eo mediante nutrimentũ veniens ad oculum ꝓhibet generationem ⁊ inspissationeꝫ illius telle. imo facit ad dissolutionem iam facte: cuius descriptio talis est. ℞. eufragie M. ʒ. maiorane acori. añ. ʒ. ij. spice. ʒ. ʒ. cinamomi electi sene. añ. ʒ. ij. ʒ. anisi: carui: pipis longi. gar. galange: mirabola. kebuloꝝ añ. ʒ. i. ʒ. croci. ℈. i. terrant̃ ⁊ cribellent̃ ⁊ cuꝫ tãta quãtitate zucchari albi fiat puluis ꝑ piperata. Et his ad presens sum contentus.

¶ Pro

¶ Pro magnifico dño Sillano de nigris ꝓ cõfortanda ⁊ vigoranda virtute visiua. Consilium. XXI.



Pro cõfortanda ⁊ vigoranda virtute visiua vt in operationem suã possit exire conuenienter. s. in cõprehendendo mediocria visibilia ⁊ mediocriter distantia ⁊ minutissima in ꝓpinqua distantia ⁊ grossa ⁊ magna de longinquo: ⁊ hec oĩa clare ⁊ distincte vt virtuti visiue ꝯuenit. duo faciaz. Primo q̃dã circa regimẽ obseruandũ in dieta ponã. Scd̃o ad medicinalia magis accedam. ¶ Primo igitur in aere vitetur oĩs excessus in qualitatibus ꝑmis. s. in caliditate: ⁊ frigiditate: vnde omnis intẽsa caliditas. s. solis in diebus canicularibꝰ: etiã statio apud ignẽ vel in stupha. aut nimia capitis cooptura semper est nociua. Olphatio ẽt calidoꝝ: et si aromatica sint nocet: qm̃ q̃libz talis caliditas cerebꝝ calefaciens ⁊ oculos facit euaporationem ad dicta membra: qui vapores sunt cã nocumenti pp mixtionẽ eoꝝ cũ spiritibus visiuis: spm ẽt visibilẽ resoluẽdo. Intẽsa quoqz frigiditas spũm ingrossando: ⁊ humidũ oculi inspissando est potissima cã debilitatis visus. Est ergo cauendum ab aere serotino discoopto: ⁊ maxime sub radys lune. Et sic ẽt cauendum est a vento meridionali: ⁊ a boreali: ⁊ maxīe cum sequitur meridionalem: qm̃ australis capita replet: ⁊ borealis postea ꝯstringit: ⁊ ad oculos fluere facit. Aer igitur ad siccũ declinet: ⁊ ad temperamẽtũ in caliditate: qd̃ q̃uo fieri d̃beat satis ẽ notuz: saltez per suffumigiũ exiccatiuum tẽpate calidum factum in camera: ⁊ hec de aer̃. ¶ Circa euãtionem: ⁊ retẽtionẽ summarie dicat̃ ꝙ ꝑcitas ⁊ abstinentia in casu magis iuuat q̃ʒ repl̓o. Immo ventris lenitio in casu est maxime necessaria. Idcirco dixit Ypo. vi. ꝑticula afforismorum. In oculis patienti a diaria. i. a fluxu humorali accipi bonuz: hoc est habere ventris fluxibilitatem in omni egritudine oculoꝝ materiali ꝯuenit: diuertenꝰ materias ad oppositũ. Et ita in casu nostro cõuenit ventris molicies. Non fiat tñ sup̃flua euãtio: qm̃ minoratur perinde mensura spirituũ: quoꝝ maxima quãtitas necessaria est pro operatione visiua. idcirco multus vsus flobothomie ⁊ scarificationuz: vt omnes tradũt: plurimum addit ad debilitatẽ visus. Ubi tñ esset longa consuetudo ad flobothomiã fiendaz. restrictio ꝯsuete flobothomie nocet: vt voluit Gal̓. in liꝰ de ꝯferentibus: ⁊ nocentibus oculis. Fiat igit̃ remissio gradata: ⁊ nõ subita ꝯsuetudinis si fuerit. ¶ De somno ⁊ vigiª breuiter dicatur: ꝙ lz vigilia multum oculos maxime debilitet resoluendo: nihilominus somnus superfluus ẽt nocet maxīe si supra repletionez stomaci ⁊ intestinorũ fiat. ¶ Sit igitur somnus. vij. horaruz in nocte ad plus. Et de die nullo mõ dormiatur: nisi. s. necessitas fuerit: qñ. s. ꝓpter aliq̃ʒ necessariã ꝯtingentiam in nocte sufficienter non dormisset: quo cãu dormire in mane melius est: ⁊ si non ante prandium per duas horas post: ⁊ tunc dormiat̃ in camera clausa sine lumine quasi accumbendo: capite ⁊ extremis decenter coopertis: ⁊ per vnam vel duas horas ad plus. ¶ De exercitio ⁊ quiete sit regula: ꝙ exercitium cõmune toti pedes factum in casu plurimum iuuat diuertendo materias ad inferiora: non sit tamen laboriosum: ita vt non plurimum resoluat. Non etiam fiat supra repletionem stomaci: sed euacuatio stomaco magis añ horam prandy per horã cũ dimidia vel circiter. ¶ Idem dico añ cenam si fieri põt: sed qm̃ dominatio sua pp necessarias occupationes in cõsilio forte hoc efficere non potest: saltẽ loco eius ante cibũ perparum fiant fricationes: ⁊ pedibus lotiones etiaz frequentes: ⁊ peduz ⁊ manuuz aliqualiter vices supplent in casu nostro. Fricatio etiã capitis: ⁊ pectinaꝰ expulsis sup̃fluitatibus cõmunibꝰ anteq̃ʒ ex domo recedat plurimuz proficit. ¶ Exercitiũ quoqz oculoꝝ: vt inspicere loca spaciosa ⁊ amena vt viridia supra aliud est multum conueniens videre ẽt colorem viridem vel ad nigrũ declinãtez: litteras etiã bene formatas mediocres nõ minutas est cõueniens: ex opposito inspectio coloris al. ⁊ rube. ⁊ reꝝ dissimilium ⁊ subtilium in cõplexione: vt litterarũ minutarũ admodum nocet. ¶ Tenere ẽt oculos apertos infusos in aqua clara in casu nostro multum ꝓdest ad ꝯseruationẽ. Ex opposito fumus ⁊ aer caliginosus puluerulẽtus maxime nocet. ¶ Circa passiones animales dicatur: qd̃ ira: furor ⁊ iracundia maxime nocent. Superflua ẽt tristitia ⁊ furiositas vitentur. gaudiũ autem moderatum valde iuuat: dico moderatuz. qm̃ abundans risus pro q̃ʒto lachrymas ꝓducit nocet. ¶ De annexo v̓o vt coitus superfluus maxime nocet debilitando: maxime factus etiã super repletionem per hoc ꝙ euaporare facit. Si tamen fiat ex interuallo tm̃: precipue in ꝯsuetis: ⁊ post. vi. vel. vij. horas ab assumpto cibo incitante natura: ⁊ ita fiat ꝙ corpus inde melius dormiat ⁊ leuius reddatur conuenit. ¶ Circa cibuz ⁊ potum sit prima regula. In ordine cibariorum obseruetur ordo: vt lubrica ⁊ mollia preponãtur stipticis. nisi inter ea sit magna diuersitas: quoniã si esset multa diuersitas in lubricitate ⁊ stipticitate: illa lubrica non inmediate preponi deberent: sed per tempus: vt per quartuz vnius hore: vel circiter: vt si esset brodium pingue: vt lac: vel pruna bene matura ⁊ huiusmodi: qm̃ cum talia sumuntur nõ debet inmediate suscipi cibus: sed per tempus post: vt dictũ est. ¶ Secũda regula in quãtitate cibi. Sit parcitas in cibo: vt supra dictum est: vnde nunq̃ʒ comedatur vsqz ad saturitatẽ stante mediocri ⁊ cõmuni appetitu. ¶ Tertia regula circa qualitatem cibariorum. Uitentur omnia cibaria que digestiuam retardant: ⁊ difficiliter digerunt̃: qualia sunt cibaria cruda: vt fructus: ⁊ insalatucia maxīe ex lactucis: que etiaz sua ꝓprietate visum minuũt: ⁊ debilitãt: vt ꝯmuniter tradunt auctores. ¶ Acetuz ⁊ agresta: arancia quoqz ⁊ limones: ⁊ quecũqz sint notabilis frigiditatis sunt vitanda: nisi tempore maximi caumatis. q2 tũc ipsorum vsus in modica quantitate nõ nocebit. ¶ Uitentur etiam cibaria grossa ⁊ multa: fumos turbulentos generãtia. ¶ Et sic carnes bouine: ceruine: ⁊ grossoꝝ aialiũ sũt vitande. Uiscosa etiaz sunt nociua: vt carnes pingues: carnes muscolose: carnes porcorum: aues etiam aquatice vitande sunt. Uitanda etiam sunt omnia vaporantia: vt cepe: pori: alea: sinapis. Uina potentia: vina grossa dulcia: species acute: piper: cinamomum: ⁊ huismodi. vnde si aliquando sunt necessarie species magis valent gariofoli: ⁊ macis cũ modico coriandroruz. ¶ His igitur intellectis tãquam notis a quibus est abstinendum: scies cõsequenter quibus est vtenduz: nec oportet hic multa numerare. ¶ Sed breuiter sit panis electꝰ debite coctꝰ vnius duoꝝ vel trium dieruz. Carnes laudabiles sint vt carnes galinarum: perdicuz: turtures: edi: caprioli: annalis agni: ⁊ carnes auiũ montanaꝝ. ¶ Pisces etiaz in modica quantitate debent sumi. Electiores tamen sunt squamosi non nimis magni: nec nimis pui: mobiles: dure carnis. Uinum sit subtile mediocre in vigore: ⁊ si aliqualiter ad stipticuz declinet erit conueniens. Aliqualiter tamen misceat̃ cuz aqua cocta decoctionis zucchari plus ⁊ minus ꝟm consuetudinẽ ⁊ temporis qualitatez. ¶ Inter cetera circa regimen in cibo ⁊ potu laudo post cibuz ⁊ potuz vltimuz sumatur parum de dyacitoniten sine speciebus: vel aliqua coriãdra: nõ tamen in multa quãtitate: qm̃ ipoꝝ nimius vsus obtenebrat sensus: vt volũt auctores. Et h̓ sufficiant

q̄tum ad regimen diete.

¶ Circa medicinalia dimissis vlibus de purgationibꝰ fiendis: ⁊ flobothomijs ĩ tēporibꝰ veris ⁊ autũni: qm̃ istas variare opꝫ ẜm varietatē circũstantiaꝝ: q̄ ꝓ tunc ꝯiungunt̃: que cōditiones ꝯuenientius a p̄nti medico cōcipi p̄nt: tm̃ quedã medicinalia in casu ꝯferentia pticularia ad quotidianũ fere vsum adducã: tam ex pte medicinaꝝ interius sumendaꝝ organa visiua depurãtiũ: q̄ꝫ ex pte medicinaꝝ ēt ꝯfortãtiũ iteriꝰ: ⁊ exteriꝰ applicãdaꝝ. ¶ Laudo igr̃ singula ebdomada sumi tres pillulas de infrascriptis. ℞. pillulaꝝ alseyeret. ℈. ij. pillulaꝝ lucis: ⁊ elefanginarum añ. ℈. i. cuꝫ succo feniculi forment̃ pillule: que sumant̃ corpe excitato a primo somno p. v. vel. vi. horas a cena. Ad hanc intẽtionē valet si semel in ebdomada sumat̃ coclear vnũ trifere minoris p. iij. horas ante cibũ. Ualet ēt si sumãtur mirabolani ꝯditi duo ꝓ vice eadē hora: vt supra loco illiꝰ electuarij. ¶ Ad cōfortationē autē fiat puluis supaspgēdus fercul'. vt infra. ℞. radicũ asparagoꝝ: acori: maiorane. añ. par. 5. eufragie par. ij. zucchari ad pōdus omniũ misce. Si ēt sumat̃ de hoc coclear vnũ in mane cũ modica aqua feniculi erit ꝯueniēs. Ad eãdē ēt itentionē pōt fieri puluis magis delicatus: vt infra. ℞. acori: maiorane. añ. ʒ. iij. cinamomi electi. ʒ. ij. anisi: gariofoloꝝ añ. ʒ. i. 5. zucchari al. ℥. ij. misce. fiat puluis refuetur ꝓ vsu: vt supra. ¶ Circa locaª extrinsecus laudo maxime hyeme instillationē aq̃ feniculi ĩtra oculos: nã vt testat̃. d. Auic. mirabil'r iuuat. Uel fiat colliriũ: vt ĩfra. ℞. succi feniculi ⁊ ruthe añ. ℥. i. 5. mell' collati. ℥. i. sil' buliant in captia enea duabus aut tribus bullitionibus: postea cũ eis dissoluant̃ folia tria auri ⁊ reseruetur ꝓ vsu ĩponendo duas guttas in mane in quolibꝫ oculoꝝ. ¶ Aliud ēt excellẽtius colliriũ in cãu nr̃o ē si fiat: vt ĩfra. ℞. celidonie serpilij scarleti: siue cẽtrigali: eufragie: ruthe: rosaꝝ berbene: herbe albe añ. distillẽt̃ i elãbico: ⁊ aq̃ exinde exiens ponat̃ in ambula optime obturata: ⁊ exponat̃ soli p. xxx. dies: deinde cũ illa aqua lauent̃ oculi bis in ebdomada. P. osset multiplicare remedia: ſꝫ ista ĩ p̄nti sufficiãt qm̃ ⁊ si ista breuia sint: tñ in casu sunt electa ⁊c̃.

¶ De debilitate visus. Consilium. XXII.



Puluis pro ponendo intra oculos in debilitate visus cũ mã catarriçãte: ⁊ quasi catarrata ꝓ vno sene. 75. ãnoꝝ: ⁊ ꝯualuit: ſꝫ p̄us sumpsit pillulas: postea fecit ruptoriũ post aures ⁊ vtebat̃ clisterijs ⁊ pipata: que oı̄a per ordinē habent̃ in quodã ꝯsilio p̄cedente de patiente ꝯplete catarratã in vno oculo cũ catarrata nō cōfirmata in alio oculo: ad illuꝫ locum recurre. Et post ista vtebatur puluere: vt infra. ℞. tutie p̄parate añ. feni. zucchari cãdi. añ. ℥. 5. ʒʒ. ℈. 5. croci. gra. v. misce: fiat puluis ꝓ ponendo intra oculos.

¶ Ordinauit magister Johãnes mattheus pillulas: vt ĩfra ad signũ satis firmũ opillans ⁊ ꝓhibēs visionẽꝫ: ⁊ secuta est salus integra p vsuꝫ dictaꝝ pillulaꝝ: ⁊ colirij p sex mēses ꝯtinuando singulis octo vel decē diebꝰ sumenᵒ tres pillulas post cenã: ⁊ ponendo in oculo de collirio: vt infra oı̄ die. Descriptio pillulaꝝ. ℞. aloes epatici abluti in aq̃ ĩfusionis dragaganti. ʒ. iiij. 5. oı̄uꝫ mirabolanoꝝ: masticis absynthij: reubarbari: rosˀ. viol. scene: agarici: cuscute. añ. gra. xv. interioris collogntide. ʒ. 5. ꝯfice cuꝫ melle bullito cum succo feniculi: ⁊ absynthij. ⁊ collato ⁊ despũato ⁊ refuet̃ ꝓ vsu. Descriptio collirij. ℞. betōice: ruthe: hedere terrestris añ. pone in vino albo ⁊ coque vsqꝫ ad tertiaꝫ pteꝫ: postea colla: ⁊ postea in. ℥. vij. p̄dicte decoctionis pone. ʒ. i. viridis eris: ⁊ buliat paꝝ: postea colla: ⁊ pone intus vitrum.

¶ Pro Magnifico. d. Licho de calabria ⁊c̃. cui varia apparebant añ oculos tantũ in lumine candele: ⁊ non in die. Et erat in. c. de imaginatiōibus. Consilium. XXIII.



post eā:si possibile est. Quod si nō saltē qescat in lecto ⁊ in
obscuro:postea surgat ꝑ camerā ambulādo cū remisso lu
mine:⁊ cū attentione ⁊ imaginatione ad ascellandū. Tan
dē post.vi.horas completa eūone vel quasi exhibeat̃ ꝓ la
uatiuo de brodio:pulli macrioris.℥.vi.cū.℥.ß.pulueris zuc
chari:vel melius ī tpe frigido de aqua ordei:mellita:⁊ de
spumata:⁊ in tpe calido de aqua or. cū zuccharo. Et post
mediā vel circiter horā sumat̃ prandiū leue:⁊ tota die qe
scat. Et sequenti die ēt ꝑ duas horas añ diē sumat̃ ꝯfectio
vt infra. ℞.metridati duoꝝ adminus annoꝝ.ʒ.i.spēꝝ cō
fectionis de gēmis.℈.i. misce:⁊ tardet̃ cibus ēt ꝑ.vi.ho/
ras. ¶ Si tñ̄ tederet sumere vnā medicinā in forma po/
tabili posset exhiberi in forma pillularuꝫ cum pillulis: vt
infra. ℞.agarici trociscati: pillularum de agarico:⁊ aggre
gatiuarum añ.℈.i.cum oximelle simplici fiant pillule.v.
vel ad amplius.vij.⁊ sumant̃ cū eo ordine:quo dictū est:
de medicīa potabili. Si tñ̄ medici sui habuissent ex expiē
tia aliqua particularē medicinā siue potabilē: siue pillula
tam:siue in pluribus hn̄tē intentionē ad oīa mēbra vt su
pra cū aqua ꝯuenienter sine lesione solut: illaꝫ ego magis
laudarē:qm̄ vt dixit.d.Aui.xᵃ.tertij inter medicinas ⁊ cor
pora sunt ꝓportiones q̄ nō cōphendunt̃ nisi cū expimen/
to:cū expieris ꝯsequeris qδ magis iuuatiuū sit. Et corpori
inest ꝓprietas sic pati ab vna:ꝙ nō ab altera ⁊c̃. ¶ Itē i/
telligo de dosi medicinaꝝ obseruandū esse:ꝺm ꝙ a medi
cis suis cognitū est facilr̄ vel difficulter solui. Qꝛ tamē ꝑꝑ
debilitatē mēbroꝝ maxime cerebri ꝯtinuo multiplicat̃
mā illa catarralis ꝑ indigestionē. Idcirco laudo vltra di/
ctas euacuationes singula ebdomada:nō tñ̄ eundē seruā
do diē aliquas sumi pillulas ad minorādū mām:ne mul
tiplicet̃. ¶ Et in h̄ incipiemus ꝺm intentionē q̄ erit ad
mēbrū mādās: lꝫ ēt simul sit hn̄dus oculus aptꝰ ad aliqd
euacuandū ex pectore. Fiet ergo cōuenientia sumēdo pil
lulas:vt infra. ℞.agarici trociscati:pillulaꝝ assayeret.d.
Aui.pᵃ tertij pillulaꝝ de agarico añ.℈.i.cū oximelle sim/
plici fiant qnqꝫ vel tres:⁊ erit melius. Et sumat̃ post cenā
per tres vel quattuor horas in introitu lecti:nisi stomacꝰ
abhorreret illa hora. Dehinc veniendū est ad diuertēdū
mām ad al'sʳ regiones:⁊ hec cōplent ꝯuenientissime edu/
cēdo ꝑ nares tanq̄ ꝑ ꝓpriū emūctoriū. ¶ Fit aūt ꝯueni
ens educᵒ ad attrahendū per nares caputpurgiū in mane
expulsis supfluitatibus factū: vt infra. ℞. succi: radicum
bletis depurati: succi maiorane silr̄ ꝑparati añ.℥.i.ß. aque
mel.℥.ij.cubebaꝝ:nucismu. nigelle pulueriʒatoꝝ: añ.ʒ.ß.
mis.⁊ trahat̃ ipsius tepida per nares. Et si voluerimꝰ ali/
qualiter magis fortificare:possemꝰ addere vini al. aroma
tici.℥.i.non audereꝫ ad fortiora ꝑꝑ nobilitatē ⁊ passibilita/
tem cōplexionis eius. Si ēt ponerent̃ interdum ventose
sicce in spatulis ad eādē intentionē valerēt. ¶ Lotiōes
etiā tibiaꝝ ad minus semel in ebdomada cū aq̄ decoctio
nis sauine: maiorāe:ysopi:calamēti:camomille:sticados:
esset ꝯueniēs. ¶ Nō laudo masticatoria:vt fieri solet ad
ꝯuertēdū per palatū:imo sunt in totū abijcienᵃ. Nā si gar
garismata ēt stiptica vituperauit.d. Mesue in cura catar
ri in casu:vbi est timor ⁊ suspiᵒ catarri ad pectus ⁊ pulmo/
nem fluere ꝯsueti:multo magis est ꝓhibendū masticato
riū attractiuū ꝓpter suspitioneꝫ fluxus ad dictas partes.
¶ Pōt ēt fieri diuersio ad cutim resoluendo insensibilr̄:
⁊ cum hoc simul fiat ꝯfortatio cerebri ad ꝓhibitionē ge/
nerationis ipsius māe catarralis faciēdo biretū ex sindo
ne de grana duplicato:in quo ponāt̃ spēs:vt infra. ℞.ma
iorane:rorismarini:calamenti:corticū citri:añ.ʒ.i.ß.verni
cis.ʒ.ij.ros.ʒ.ij.ß.macis.gar.nucismus.añ.ʒ.i.musci.gra.ij.
mis. fiat puluis ꝓ sacculo: ⁊ singula die ponat̃ supꝑ caput
facta ꝑus pectinatione ⁊ fricatione leui:vt supra dictū est.
¶ Iā succedit alia intentio de ꝓhibitiōe fluxus: q̄ nequa
q̄ omittenda est stāte repletione vt sensit Mesue loco ꝓ
prio:incipiēdo tñ̄ semꝑ a debilibus. ¶ Cōueniens ergo ē
repcussiuū factū:vt infra. ℞.boliarmeni electi.ʒ.ß.spice.
℈.ß.syrupi violati paꝝ mis.exhibeat̃ in itroitu lecti. Nā
bolus armenus est in hoc mirabilis medicina. Naꝫ vltra
hoc ꝙ sistit mām fluentē ad pectꝰ: ēt in difficultate anhe
litus laudat̃. Vñ dicit Serap.c.ꝓprio de simplicibus. Et
qui non iuuat̃ hac medicina:nūq̄ iuuat̃ alia. Possunt ēt
fieri pillule bichichie tenende sub lingua ꝺm cōeꝫ modū
vt infra. ℞.thuris masculi:spice nardi:dragaganti:gumi
arabici:succi ligricie añ.℈.i.cū mucilagine:seminis cito
nioꝝ:fiāt formule due. ¶ Ad eandē intētionē vꝫ:vbi ista
nō sufficiant:si in introitu lecti sumat̃.ʒ.i.auree alexandri
ne:cū modico vini vel aqua mellis:vel tantūdē de metri/
dato recenti post.vi.mēses. Sed ipm metridatū antiqūū
vltra duos ānos adminus est maximi ꝓficui in resolōne
⁊ exiccatōe supfluitatū cerebri ⁊ ꝯfortatione eius:iō si se/
mel in ebdomada sumat̃.ʒ.i.eius in nocte multū ꝓficiet.
¶ Non multū laudo ad exiccationē ⁊ diuersionē reme/
dia fortia: que fiunt cū ruptorijs diuertendo post aures: ⁊
aliqñ in sincipite capitis vel cum cauterio actuali:vt sepe
fieri solet: ꝓpter delicatā cōplexionē illius: ⁊ suspitionem
opationis taliū instroꝝ. Non vituparē balnea mineralia
accipiēdo stillationē aque balnei supra cōmissurā capitis
in loco:vbi ꝯiungit̃ coronalis cū sagitali:qñ ꝯmode acce/
ptare posset balneo participāte minera sulphuris a ꝑdñio
⁊ nitri cū aliquali tñ̄ participatiōe eris ⁊ ferri. ¶ Et si nō
hērent̃ nāliter: possent fieri artificialr̄ cū appropriatis di
stillādo ab alto vt supra dictū ē. ¶ Pōt ēt fieri ꝯfortatio
cerebri cū odoramētis:vt tenēdo peciā lini vel sirici cum
spēbꝰ itra ligatis:vt ifra ⁊ sepe odorādo: sed nō post cibū.
℞.nigelle prius in aceto infuse: ⁊ torrefacte.ʒ.i.macis:cu
bebaꝝ:nucismus.gar.sandaloꝝ citri:añ.ʒ.ß. mis. ¶ Et ex

stilibus pōt fieri pomū cum notabili parte laudani: ꝛ cera. Et si addat̄ in cōpōne eius paꝝ ligni al. ambre: ꝛ musci: vel galliemus. Mesue erit magis excellēs. Si ēt intra au res interdū ponat̄ aliqd de lilio: ꝛ de oleo spice ad ꝯforta tionem cerebri iuuabit. ℂ His expeditis postremo veniē dum ad ea: que mām ex pectore eductioni habilitant: ꝛ mēbra hanelitus habilia ad dilatationē faciunt. ℂ Pro primo igit̄ laudo stante mā in pectore vt expurget̄ p spu tum: fiat loch: vt in fra. ℞. loch de pino: loch de pulmone vulpis: añ. ℥. i. loch: de squilla. ℥. i. ʒ. zuccharí viola. ℥. ʒ. ꝓpter membra calida cū sirupo de ligricia fiat loch. Et si mā fo ret nimis resistens addat̄ syrupus d ysopo. Nā est abster sor bōus ꝯgregati grossi: vt dicebat Aui. pt ēt fieri loch do mesticū: vt infra. ℞. passulaꝝ absqꝫ ossibus. ℥. ij. fenugre greci loti in aqua tepida. ℥. ʒ. ꝛ cū paꝝ croci: ꝛ syrupo de lig ricia fiat loch. ℂ Pro hac intentiōe ēt faciet: si fiat deco ctio ad lambendū: vel paulatine deglutiēdū: vt infra. ℞. liquiricie rase ꝛ mundate: radicū feni. añ. ℥. ʒ. cinamoni. ℥. i. fenugreci. ℥. ij. capillorūue. ℥. i. ʒ. ysopi sicce: violaꝝ añ. M. ʒ. bulliant in debita q̄titate primo radices: postea flo res ꝛ folia cū capilue. deinde facta collatura in dicta deco ctione ponant̄ mel. ꝛ zucchari añ. qđ sufficit ad dulcoran dum: ꝛ iterato bulliant despumando vsqꝫ ad ꝑfectā despu mationem: ꝛ ꝑ vsu reseruet̄. ℂ Pōt ēt interdū vti: ꝛ erit domesticū ꝛ familiare lābendo de syrupo ligricie cū mo dico syrupi de ysopo ḃm intentionē: vt supra. Dyapenidiō etiā ꝛ dyairis aliquotiens ḃm varias intentiones exhibe ri pñt. ℂ Ad eandē ēt intentionē ꝛ ꝯfortationē ēt pulmo nis laudarē puluerē supaspergendū suis ferculis ꝯtinuo: vt infra. ℞. ligricie rase: capilue. nō mufidoꝝ. añ. ℥. i. cina momi: anisi: añ. ℥. i. pulmōis vulpis. ℥. ij. croci. ℈. i. zuccha ri albi ad dimidiū ponderis mis. ꝛ fiat puluis. ℂ Postre mo exterius fiat inunctio ad pectus cū vnguento: vt in fra ℞. mucilaginū: fenugreci: ꝛ altee: añ. ℥. iij. olei de lilio: pin guedinis galline. añ. ℥. ʒ. olei de yreos. ℥. ij. croci. ℈. i. ꝛ cere paꝝ fiat vnguentū. Sed aduertatis ne fiat iunctio supra regionē cordis ꝑp nocumentū notū intelligenti. Et singu lis duobus diebus cū pāno lineo leuiter calefacto fiat ab stersio ipsius pectoris: ꝛ postea inunctio. Non incōueniret etiam aliquotiens: vbi inunctio esset ad tedium: vt in fun dat̄ filtrū vel pannus grossus in decoctione supra facta ca lida: ꝛ exprimat̄: ꝛ super pectus ponat̄: ꝛ supplebit loco vn ctionis. Potuissē multiplicare remedia: sed ista excellen tiora: ꝛ inter reliqua vtiliora hic annotaui ꝛc.

ℂ Pro quodam notabili scolare legum Januense asmati co fere a generatione. Consilium. XXXVI.



Asus huius notabilis scolaris est forma liter asmatica paº. cuius due sunt ꝑncipa lissime ꝛ ꝓxime cāe. s. mala compositio ꝛ strictura pectoris: altera a mā flatica sub tilis deorsū a cereº i pulmonē catarrizās: lꝫ ipsaꝝ altera fortius ꝯcurrat ad hunc ef fectum causandū: ꝛ h̄ est illa mala cōposi tio pectoris q̄ plus nocet: qm̄ est velut nālis neqꝫ apta bñ corrigi: veꝝ per se sola non esset cā totalis huius nocumē ti: nisi illa mā catarrizans cāret aliqualē opillationē i vi is spiritus vel hanelitus: qđ manifestat̄ ex eo: qm̄ manēte eadē strictura pectoris aliqñ: tunc vt ipse refert: nullo mō ledit̄ in anhelitu: ꝛ sic nō est per se totalis cā huius nocu mēti: pluriᵐ tñ ad h̄ ꝯcurrit: qm̄ ex oī facili cā ex mā deor sum catarrizāte manifeste ꝛ notabilr̄ ledit̄: ita ꝙ ex illis duabꝰ causis fit vna totalis cā egra: lꝫ altera ipaꝝ plus cō currat: vt dictū est. ℂ Cū ex his ēt causis magis īmediate associat̄ caliditas epatis nālis: que tñ ꝯseruat̄ a corde per accñs ēt super calefacto. s. ex nō debita euētatione ꝓpter hanc malā cōpositionē pectoris cātā. ℂ Coniungit̄ etiā humiditas cerebri nālis cū aliquali ēt lapsu ad frigidū: que oīa possent ꝑp accñtia ꝓpria declarari: sed qm̄ illud magis curiosum esset q̄ vtile accedā illis obmissis ad ma gis necessaª. ℂ Ex h̄ igit̄ casu colligit̄ pª correlarie: ꝙ ꝑn cipalis intentio in regimine reductiuo siue ꝯseruatiuo dꝫ esse cum habilitantibus instra motus pectoris ad motū anhelandi: que intenºꝑncipalr̄ efficit̄ cum habilitantibꝰ ꝛ calefacientibus dilatantibus. Quia tñ humectantia ali qualiter ꝓpter cerebri cōplōnē sunt in cām scđam ꝑncipa lem: vt in illam mām flegmaticā descendentem adden tia: idcirco cū mensura ꝛ cautella applicanºerunt. Quia ēt calida ꝛ si ex parte qua dilatant cōferant: ex parte tñ huiꝰ ad inflammationē addunt: ꝛ sic ꝯñr ad maiorem necessa riā euētationē ꝓmouet̄: cui non pōt ꝑp stricturā pectoris cum magno anhelitu satisfieri: necesse est cōseq̄nter anhe lituꝫ magis frequentare: iō ipsoꝝ exhibitio calidoꝝ ē i ca su nr̄o multū mensuranda: qm̄ nisi diligens cōsideraº ad hibeat̄ facile existimantes iuuare lederemus. Ne igit̄ er rare contingat specialiter referā regimen primo obseruā dum in electione reꝝ nobis ineuitabiliter occurrentium deinde ad medicinalia condescendā. ℂ Pro expeditiōe igit̄ circa aeris electionē sit aer eius camere paꝝ ad ca lidū declinans: ꝛ in humido tēperatus: qm̄ nimia siccitas ledit. Et ꝑinde puluis ꝛ fumus in casu maxīe nocent. Ui tetur oīs aer vētosus: ꝛ maxime australis ꝛ borealis ꝛ spe cialius cum ad austrū seqtur boreas: qm̄ boreas cerebrū ꝯstringit ipso prius per austrū repleto: ꝛ sic multa humidi tas cerebralis i pectus recipit̄: que est cā plurimi nocumē ti. Uitet̄ etiaꝫ aer nebulosus ꝛ aquosus. Quod si talis fue rit per nām rectificet̄ aer camere: non cū suffumigys: vt fieri solet: qm̄ tales formales fumationes nocent: sed i ca mera iponant̄ q̄dam aromata ad suaue calidū declinan tia: vt cinamomū: crocus: lignū al. ꝛ ambra: cortex ēt citri: arancy in casu ꝯuenit ꝑcipue. ℂ Inter omnia facit crocº nisi caput sit nimis repletū: qꝛ stante capitis repletione ta lia aromatica nō ꝯueniunt: vt est vulgatus textus. d. Me sue in. c. de soda. Aer etiam excessiue frigiditatis: ꝛ excessi ue caliditatis plīmū nocet: idcirco tpe hyemali ꝛ tpe esti uo est a dictis distempantys aeris elongandū q̄tū possibi le est. Et hec singulr̄ menti teneant̄: qm̄ excessus a debita electione aeris plus nocet: q̄ excessus in oībus alys rebus non nālibus simul sumptis: vt est sententia Gal. 3º tegni. ℂ Exercitium eius mēbroꝝ inferioꝝ ꝯuenientissimum est: qm̄ mās ad inferiora diuertit: non tñ fiat sup repletio nē: imo fiat euacuatis supfluitatibus ꝑme ꝛ scđe digōnis: In mane ꝛ i sero fiat ēt distanter a cibo per. vi. horas. Nun q̄ tñ fiat laboriosum ꝛ inflāmatiuū: ne mēbra ꝑncipalia calefiant: qm̄ ipsoꝝ intensa caliditas est cā ꝑcipua huius nocumēti. ℂ Circa somnū ꝛ vigiliā breuiter dicat̄: ꝙ qꝛ somnus cū ꝓlongat̄ replet caput: vt tradunt auctores: nō sit plixior. vij. horaꝝ ad plus. Et sit nocturnus nō diurnꝰ: nisi ꝓpter necessitatē tpe noctis nō dormierit: quo cāu cō uenientior hora somni diurni est de māe vsqꝫ ad tertias. ꝛ si non sufficiat fiat post prandiū ꝑ duas horas ab assum pto cibo. ℂ Fiat tñ semꝑ capite decenter cooperto: nō tñ nimis calefacto. extremis ēt vt pedibus ꝛ manibus coop tis in camera vndiqꝫ clausa: pedibus discalciatis: ꝛ super lecto moli: qm̄ iacere super rem durā: vt vult Auenzoar ꝑparat ad rupturā vene in pectore. ℂ De inanitione ꝛ re pletione sit ꝑ regula ꝙ oīs repletio nocet. Et videt̄ meli us i casu ad subtiliores dietas a mediocri ꝛ cōmuni dieta declinare q̄ ad grossas semper in hoc obseruando ꝙ vē tris lenitio

tris lenitio singula die necessaria est: que nisi nãliter hẽa-
tur ꝓcuret̃ cũ suppositorio vel clisteri cõi: de quo in poste-
rius dicet̃. ¶ Coitus ẽt in hoc casu fortificata ꝑus v̓tute:
vbi licite fieri possit: si cum mensura ⁊ ordine fiat: non est
inutilis: sit tñ in eo ꝑcitas ⁊ moderantia. ¶ Circa passio-
nes aĩales sumatim dicat̃: ꝙ gaudere ⁊ letari in casu plu-
rimũ iuuat. Irasci vero ⁊ tristari plurimũ nocet. ¶ De ci
bo ⁊ potu sumatim dicat̃. Cauendũ ẽẽ ab oĩbus cibis eua
porabilibus ⁊ inflãmabilibus. Et ꝓinde omnes spẽs cali-
de in frequenti vsu. Uitande sunt q̃cũqȝ ẽt multũ dulcia
⁊ amara ⁊ salsa sunt nociua: lȝ suauia dulcia ꝯueniãt. Pin
guia ẽt ⁊ vnctuosa nocẽt. Multũ ẽt frigida: maxime si cũ
eis ꝯiungat̃ humiditas excellens. Uitanᵃ sunt qualia sunt
oĩa cõia genera fructuũ spiachia: lactuce: ⁊ hꝫ nisi tp̃e ma-
gni estus: qm̃ ꝑcitas in eis tunc est ꝯueniens. Acetũ ẽt i ca-
su ẽ nociuũ: nisi aliqñ ꝑꝑ sapores ꝯficiendos: ⁊ tunc sit ace
tuȝ passulatũ. ¶ Reliqua ẽt acria nocẽt: vt agresta: vinũ
granatoꝝ: muȝoꝝ: ⁊ rãcioꝝ acriũ: lȝ interdũ aliqua grana-
ta dulcia: ⁊ succus eoꝝ satis sit ꝯueniens. Idẽ dico de a rã
cys dulcibꝰ. Panis sit electus: de q̊ i ꝯsilio vno v̓bo sibi di-
xi. ¶ Carnes ẽt eligant̃: de q̃bus infra dicet̃: dimittẽdo ꝑ
tes viscosas ⁊ musculosas: ⁊ interiora aĩalium quadrupe-
dũ: nisi sint pulmones vulp̃. ⁊ ericy: qui singulariter valẽt.
Iã circa potũ laudo maxime in prãdio aliq̃d vini exhibe-
ri posse: qđ sit paucifeꝝ: albũ: ⁊ aquosuȝ: mixtũ cũ aq̃ mel
lis ꝭm artẽ facta: vel aqua ȝucchari tp̃e estatis: sed in sero
melius est abstinere a vino: ⁊ vti ꝑ potu aq̃ mellis: vel ȝuc
chari. ¶ Inter reliqua tñ p̃cipue plȝ vsus de pultibus fa-
ctis ex duabus ꝑtibus farine or. ⁊ vna ꝑte farine ciceꝝ cũ
brodio pulli: maxime tp̃e cene: ⁊ semꝑ hñda est regula: ꝙ
maior ꝑcitas sit in sero quã in prãdio. Sp̃ales igit̃ carnes
sint auiũ montanaꝝ vt fasianoꝝ perdicũ turtuꝝ colũba-
rũ iã volare potentiũ nisi in tp̃e multũ calido. ¶ Carnes
ẽt pulloꝝ iuuenũ mediocriter pinguiũ ꝯueniunt. Carnes
quoqȝ castrati annalis ẽt captoꝝ in estate sunt ꝯueniẽtes
oua quoqȝ sorbilia: siue ẽt infusa in aqua: vel in brodeto:
vel in viuarolo sine caseo ꝯueniũt. Brodiũ ciceꝝ satis cõ
uenit ẽt cicer in modica q̃ƀtitate: si sumat̃ bñ coctus est ꝓꝓ
us cibus pulmonis: vt scđo cañ. vitent̃ oẽs carnes pigues
⁊ viscose maxime porcine: ⁊ gnãl̓r oĩuȝ aĩaliũ grossoꝝ: sal-
uo q̃ȝ capriolorꝝ: ⁊ sibi siliũȝ. ¶ Uitent̃ aues aquatice. Ca
ueñ. a caseo tanq̃ȝ ab inimico ĩterficiente. Uitent̃ cibaria
de pasta lagane: turte: ⁊ hꝫ. A piscibꝰ ẽt caueñ est. Et si ali
quibus sit vteñ: ⁊ hꝫ tp̃e estatis sint sq̃mosi: non nimis ma
gni: nec nimis parui: mobiles: dure carnis: vt voluit Gal. ĩ
lib. de ꝯferẽtibꝰ ⁊ nocẽtibꝰ. Et si i decoctõe eoꝝ põat̃ paꝝ
vini ⁊ modicũ cinamomi magis ꝯueniet. Eligibiliꝰ tñ est
eos dimittere. ¶ Et sit generalis reĺa: ꝙ elixata i carnibꝰ
⁊ reliq̃s in casu meliora sũt assatis. Inter olera valẽt cum
aliq̃bus bletibus: betõica: ⁊ ysopus: p̃cipue feniculus: ⁊ pa
rum maiorane: a petrosilio ⁊ apio maxime caueñ est. In-
ter fructus valẽt alique amigdale dulces: fistici: ẽt apassu
le pingues sine armillis aliqñ nõ incõueniunt. Idẽ est in
telligẽdũ de duabus ficubus bñ maturis recẽtibus: si per
tp̃s añ cibũ sumant̃. ¶ Ficꝰ ãt sicce ꝑꝑ mordacẽ calidita
tem minus valent: nisi in tp̃e frigido. De pineis intelligat̃
ꝙ valẽt sicut amigdale: ⁊ maxime si pellis interior amo
ueat̃: facta ipsoꝝ infusione in aqua tepida: ⁊ exiccatiõe ꝭȝ
artẽ. Et hec sufficiant q̃ƀtum ad regimẽ in dieta obseruan
dũ. ¶ Ad medicinalia veniẽdo. Prio laudo hẽri bñfiᵐ vẽ
tris singula die: qđ nisi nãliter hẽat̃: artificial̓r ꝓcuret̃: q̓
ventris stipticitas in casu est multũ nociua. Ubi igit̃ expe
diat fiat clistere: vt infra. ℞. maluaꝝ: bletis mercurialis:
furfuris: frumenti: añ. M. i. fiat istoꝝ decoctio leuis in aq̃
debite q̃ƀtitatis: ⁊ de collatura sumant̃ lib. i. ß. cui addatur

olei cõis. ℥. iy. cassie piguis extracte. ℥. i. ß. pulueris ȝuccha-
ri. ℥. ß. salis. ʒ. iy. misce: ⁊ plusq̃ȝ tepidũ clisterizet̃. Sed vbi
tederet sumere clistere saltẽ fiat suppositoriuȝ: vel cõe de
melle cũ sale: vel cũ sapone: siue cũ radice bletis: ⁊ hmõi.
¶ Cõsequenter ꝓ regula medicinali laudo: vt saltẽ sel̓ ĩ
mense fiat euãtio minoratiua ex cerebro: ⁊ ex pulmõe ne
nimia mã aggregaret̃: q̃ ꝑꝑ multitudinẽ si flueret i pectꝰ
posset timorẽ iducere. ¶ Et q̓ mã nõ est grossa ẽt si eẽet̃
indigesta: nõ ꝑꝑea seq̃t̃ nocumẽtũ notabile: q̓ nõ est mul
tũ resistẽs euãoni: vñ nõ seq̃t̃ angustia vel labor in v̓tute.
¶ Fiat igit̃ euão sumẽdo q̃nqȝ de pillulis: vt infra: post q̃n
qȝ horas a cena. ℞. pillulaꝝ de agarico ꝑ. y. pillulaꝝ assa
yeret ꝑ. i. mis. fiant pillule q̃nqȝ ꝑ. ʒ. i. laudo ꝯñr vt saltem
bis vel ter in anno fiat fortior euãtio ꝑus digesta mã: vt i
ꝑnᵒ veris: ⁊ i scđa ꝑte autũni. ¶ Sed ꝓ digestiõe mãe sit
ista regula: ꝙ ⁊ si mã sit frigida: nõ tñ cõpetũt ad digestio
nẽ subtiliantia diuidẽtia. Et sic regula quã cõiter ponunt
auctores in hac mã: ⁊ p̃cipue Mesue nõ est vl̓r intelligen
da. Nã ex quo mã est satis liq̃da: si vlterius intendat̃ sub-
tiliatio ⁊ diuisio reddet̃ fluxibilior: ⁊ sic magis ꝑiculosa.
Sit igit̃ digestiuũ ꝯueniẽs: vt infra. ℞. mel. ros. collati. ℥.
y. sirupi de duabus radicibus sine aceto: sirupi: de ligricia:
añ. ℥. ß. aquarũ capilliue. ℥. iy. betonice: ⁊ buglose: añ. ℥. i. ß.
misce ꝓ duabꝰ vicibꝰ. ¶ Postea exhibeat̃ medicina: vt ĩ
fra. ℞. agarici electi. ʒ. y. ℥. spice. añ. ℈. ß. infundant̃ i oxi
melle simplici: ⁊ aq̃s betonice: ⁊ capilue. añ. qđ sufficit. Et
postq̃ȝ steterint in ĩfusiõe ꝑ. x. horas collature addat̃ dya-
catholiconis. ℥. i. electuary indi. ʒ. i. ß. misce. ⁊ fiat potio. Et
si sit tarde ⁊ dure solõnis addat̃. ʒ. ß. solutiui eiusdẽ suma
tur hora ꝯuenienti medicinaꝝ ꝭm ordines ꝯsuetos. Et ꝑ-
fecta opõne farmaci post. vi. vel. vy. horas ab assumptiõe
sumat̃ lauatiuũ ex aq̃ mellis: vel ex brodio pulli cuȝ. ℥. ß.
ȝucchari rubei. Et post mediũ hore sumat̃ prãdiũ leue nõ
se exponẽdo aeri libero illa die. Sequẽti nocte ꝑ duas ho
ras añ diẽ sumat̃. ʒ. i. ß. metridati. Et si post q̃ttuor horas
diei sumeret̃ clistere lauatiuũ añ prãdium ex mel. ro. ⁊ vi
tel. ouoꝝ cũ aq̃ or. ⁊ furfuris erit ꝯueniẽs. Qđ si forte po-
tio liq̃da nõ placeret ad purgationẽ loco illius sumãt̃ pil-
lule: vt infra. ℞. pillulaꝝ cociaꝝ: pillulaꝝ de agarico. añ.
℈. y. misce fiant. vy. q̃ sumant̃ cũ ordĩe ⁊ mõ de q̃bꝰ dcm̃
est de medicina supiore. ¶ Iã restat ad q̃dã localia deue
nire: p̃mo. s. intentione hita ad mãm fluentẽ: scđo ad ip̃m
pectus vel pulmonẽ p̃ncipalius attẽdẽdo. Primo igit̃ cir
ca mãm fluentẽ duplex insurgit intentio: vna. s. ad ꝓhibẽ
dũ eius gnãtionẽ: ⁊ ẽt resoluẽdo: si aliq̃d de ea sup̓flue ge-
neret̃. ¶ Et hꝫ totũ ꝑficit̃ cũ sacculo supposito capiti aro
matice facto: vt infra obseruato regimĩe: vt supra. ℞. cor-
ticũ citri: maiorane: sticados: añ. ʒ. y. calamẽti. ʒ. i. sandara
ce. ʒ. i. ß. sandal. citri: gariof: nucis muscate: añ. ʒ. i. thuris. ʒ.
ß. misce ꝓ sacculo: q ꝑus facta fricatione capitis: ⁊ pectina
tione calidus supponat̃ ꝑti anteriori. ¶ Alia intẽtio q̃ su-
mit̃ ad mãm discurrentem est duplex: vna est ad diuer-
tendum eam a via pectoris: alia est prohibendo vel sisten
do fluxũ maxime tempore noctis. ¶ Prima istaꝝ inten
tionũ complet̃ cũ diuertẽtibꝰ ꝑ nares facto caputpurgio
trahẽdo ꝑ nares: vt infra. ℞. aque betonice: aque maiora
ne: aque mel. añ. ℥. y. nucis muscate: nigelle puluerizatoꝝ:
añ. ʒ. ß. misce: ⁊ tepidũ trahat̃ ꝑ nares. Uel põt fieri cũ suc
co radicũ bletũ: vel folioꝝ eius depurato: vel cũ aq̃ maio
rane mixte: vt cõiter fieri solet. ¶ Alia intẽtio de sistẽᵒ ca
tarrũ cõplet̃ tenẽdo in nocte in ore vnã de pillulis: vt ifra
℞. spice thuris: boli armeni: mucilaginis: semis citonioꝝ
succi liquiricie añ. misce fiant formule plane teneat̃ vna
tp̃e noctis. ¶ Ad hanc intentionẽ vȝ fortius: ⁊ iuuabit in
ꝓuocando somnũ: si sumat̃ vna pillula cõis q̃ƀtitatis de

pillulis de arnologlo scriptis a Mesue distinctione propria pillularum: quas appellat pillulas ad oēs morbos catarri. Ualet ēt si sumat̄ ad eandē intentionē semel vl̄ bis in ebdomada. ʒ.i. diaolibani: vel diaiecur hora dormitionis. Ego tamen plus laudo vsum primarum pillularum: q2 in vsu earum non est timor. ¶ Consequenter vltimo restant quedam localia pectori ꝯuenientia ordinare habilitantia materiam in pectore ꝯtentā: vt expellat̄ ēt ꝯfortando pectus ⁊ pulmonē: semꝑ hn̄do menti que dicta sunt in pn̄cipio ꝺ non nimis calefaciendo. Et hec intentio cōplet̄ ⁊ per iterius applicata: ⁊ per exterius. ¶ Prio igit̄ fiat puluis supaspergēdus ferculis. ℞. ligricie rase: capillorum vene. an̄. ʒ. ij. ysopi. ʒ.i. pulmōis vulpis. ʒ.i.ß. anisi. ʒ.ij. zucchari ad pōdus oīum misce: vz ēt si fiat loch pro lāben⁹: vt. ℞. loch ꝺ pino. ʒ.ij. zucchari violati penidiorum. an̄. ʒ.ß. cū sirupo de liquiricia fiat loch. Ualet ēt si sumat̄ aliquotiens de aqua mellis imposito. in. ʒ.iij. eiusdēz de puluere electuarij: qꝺ facit Mesue in antidotario distinctiōe pma: ⁊ est electuarium: quo vtunt̄ reges ⁊ plati: ⁊ si non possit reduci i puluerem sumat̄ de eo in electuario. Ultimo laudo fieri iunctionē ad pectus: habita tn̄ cautela prius: q̄ non iungat̄ regio cordis cū vnguento facto: vt infra. ℞. ysopi humide pinguedinis galline: mucillaginis: altee. an̄. ʒ.ß. radicū yreos capillorūuene. subtilissime puluerizatorum an̄. ʒ.ß. croci. gra. iiij. cere q̄tū sufficit fiat vnguētū mole ꝑ pectore ⁊c.

¶ Unguentū ad facilitandum partum.

¶ Unguentū ad facilitandū partū. ℞. mucillaginis: fenugreci: ⁊ seminis lini: an̄. ʒ.ß. mucillaginis: altee. ʒ.ij. olei de lilio: pīguedinis galline: an̄. ʒ.iij. croci parum: cere qꝺ sufficit fiat vnguentū in forma non nimis dura. ¶ Puluis ipsius ad idē. ℞. cinamomi: doronici: corticū: cassief. cassiel: an̄. ʒ.ß. croci. ℈.i. dent̄ cū aqua rute: ⁊ betonice: optimum est cerotum eiusdez ad ꝓhibendū aborsum. ℞. masticis. ʒ.ß. laudani. ʒ.iij. cere citrine. ʒ.ij. bistorte: nucūcipssi: ypoquistidos: acacie: sanguinis draconis: terre sigillate: rosarum rubi. boliarmeni. an̄. ʒ.i.ß. fiat cerotū sic q̄ extendi possit addēdo parum olei myrtilorum vl̄ terbētie: vbi se tenere nō posset. Nastale eiusdē in ꝓuocatione matricis. ℞. mirre: aristologie rotūde: sauine: an̄. ℈.i. musci. gra.i. cū melle fiat marā ¶ Sternutatoriū eiusdē ad idē. ℞. elebori albi. ʒʒ. an̄. ʒ.ß. fiat sternutatio. ¶ Nastala ad extrahendū secūdinam eiusdē. ℞. myrrhe: sauine: storacis ligde: bauracis: cassielī. an̄. ʒ.ß. croci. ℈.i. castorei. ℈.ß. cum sirupo de radicibus fiat marā. ¶ Puluis eiusdē ad idez. ℞. cinamomi: cassieli. an̄. ℈.ij. croci. gra.ij. misce fiat puluis ⁊ det̄ cū aqua rute: ⁊ matricarie. ¶ Prouocatiuū lactis eiusdē. ℞. feniculi in herba: ⁊ apij: an̄. M.ß. seminis anisi. ʒ.ß. croci parum: butiri recētis. ʒ.i.ß. cū sufficienti q̄titate aque fiat embrocatio. ¶ Puluis eiusdē ad idē. ℞. semis anisi. siseleos. an̄. ʒ.ß. cristali. ℈.i. zucchari ad pondus oīum det̄ cū vino al. ꝑ duabus vicibus. ¶ Unguentū eiusdē ꝑ ragadys: mamillarum. ℞. corticū interioris albi sambuci. ʒ.ij. pinguedinis galline: cere virginis: an̄. ʒ.ß. fiat vng^m. ¶ Nastale eiusdē ad ꝑcipitationez matricis sumat̄ fasciculus crespule: ⁊ cū oleo linose irroretur: ⁊ supponatur: ⁊ expertum est.

¶ De raucedine vocis. Consilium. XXXVII.



In casu isto: qui est raucedo vocis cum aliquali asperitate a mā flegmatica cataralli pendens: laudo prius fieri purgationez: vt infra. ℞. mellis rosati. ʒ.ij. sirupi de ligricia: sirupi de sticados: an̄. ʒ.ß. cū aqua decoctionis capillorūueneris: passularum liquiricie: ⁊ zucchari fiat sirupus pro duab⁹ vicibus: ⁊ ꝯtinuet̄ qnqz vel sex vicibus: in mane post sumat̄ medicina: vt infra. ℞. agarici electi. ʒ.ij. spice. ʒʒ. an̄. ℈.ß. salisgēme. gra.ij. infundat̄ oīa in parte vna oximellis simplicis ⁊ duabus partibus aquarum maiorane ⁊ capillorūueneris. vel betonice: ⁊ facta expssione post. x. horas collature addat̄ dyacatholiconis: cassie extracte nouiter. an̄. ʒ.ß. electuarij indi. ʒ.i. dyafeniconis. ʒ.ß. sirupi violati. ʒ.i. misce: ⁊ fiat potio. Et sumat̄ lauatiuū post. vi. horas cum aqua de coctionis cicerorum ⁊ mellis. ¶ Sequēti vo mane sumat̄ ꝯfectio: vt infra. ℞. metridati. ℈.i. loch sani ⁊ experti. ℈.i. misce sumat̄ per tres horas ante diē: ⁊ post tres dies gestata nā fiat caputpurgiū cerebro trahens per nares: vt infra. ℞. succi bletis. ʒ.ij. aque maiorane. ʒ.iij. vini albi. ʒ.i. pulueris nucismuscate: nigelle. an̄. ℈.ß. misce. Et de eo tepido trahat̄ per nares facta prius tamen mundificatione ventris in mane. Et si aliqn̄ prouocet̄ sternutatio cuz puluere stafisagrie cubebarum: ⁊. ʒʒ. erit ꝯueniens. Fiat ēt singulo die fricatio cū pāno calido ⁊ pectiatio. ¶ Laudo ēt fieri sacculū capiti cū specieb⁹: vt infra. ℞. calamenti: maiorane rosarum an̄. M.i. corticū citri: macis: cinamomi: gariofolorum: nucimuscate: cubebarum an̄. ʒ.ij. sandalorum citri: ⁊ rub. an̄. ʒ.i.ß. aluminis. ʒ.ij. misce calidū supponat̄ capiti hora vacuitatis stomaci: ⁊ sustineat̄ vsqz dū cibus sumet̄: iuuabit qdem ꝯsumendo mām ⁊ cerebrū ꝯfortando. Ad intētionē aūt fluxus mā̄e deorsum cū ꝯfortatione ēt pectoris ⁊ dilatatōe hanelitus laudo fieri pillulas: vt infra de qb⁹ sumat̄ vna in introitu ad somnuz. ℞. boliarmeni partes tres: capillorūueneris: myrrhe an̄. ꝑtem mediā cū sirupo violato forment̄ pillule. ¶ Laudo etiam istis factis ad clarificandū vocē: interdū sumat̄ de sirupo: vt infra cuz aq̄ mellis. ℞. capilliueneris endiuie: radicū asparagi: radicū brusci: passularum: lignicie mūde: epithimi amigdalarum an̄. M.i. seminis feniculi: anisi: ysopi sicce. an̄. ʒ.ij. medule dactylorum. ʒ.iij. seminis malue: ⁊ altee. an̄. ʒ.i.ß. coquat̄ oīa in duabus libr. aque vsqz ad lib.i. ⁊ addat̄ zucchari ⁊ mellis despumati q̄tum sufficit: fiat sirupus. ¶ Ad hāc ēt itētiōem valet gargarizatio facta cū oximelle squilitico modicoqz mellis. Et post factam gargarizationem: si aliqd ꝺglutiat̄ bonū erit. Comestio ēt cicerorum hic laudat̄. Loch etiam factū cū modico auripigmenti ⁊ consolide iuuat. Et his sum ꝯtentus obseruando regimē in dieta sicut al's dictū est sumēdo ēt iterdū de pillulis q̄s sumere ꝯsueuit.

¶ Pro quodam spectabili iuuene Jannense patiente sputum sanguinis ⁊ dolorem capitis continuum cum duplici quartana coniunctum. Consilium. XXXVIII.



Ex scriptis particulariter ꝑ ꝓstātissimos ⁊ clarissimos doctores dn̄os magrūz Ant. marengū ⁊ magrum Pau. papiensem in casu huius spectabilis iuuenis sub cōpendio colligo: q̄ dispō sua pn̄cipalis est quartana dupla ex mā melancolica adusta: colerica mixta sanguini: pēdens tanq̄ ex cā ꝓpria: cui ꝯiungit̄ mā flegmatica adusta viscosa vt cōis mā ⁊ non ꝓpria: siue eius cōplexio nālis sanguinea fuerit siue flegmatica pn̄cipalr̄. ¶ Et huic pn̄cipali dispōi annectunt̄ duo accidentia: vnū est dolor capitis ꝯtinuus satis intensus: grauatiuus ⁊ pulsatiuus: cū rubedine ēt oculorum: ⁊ aliqn̄ādo non pōt apperire oculos: neqz aspicere lumen: q dolor tn̄ piodice remittit̄: vt a quarta hora noctis versus mane: ſm accidens est sputum sanguinis: lz vt ex accidentibus colligi pōt: vomitus sit magis nūcupandus: ex quo ex stomaco educit̄ tanq̄ per viam: vt fuit sentētia Aui. io⁹ tertij in. c. de sputo sanguis: ⁊ 4° colliget. c. 36. satis ad prin.

ad pꝛin.c.⁊ Rasis 4° ↄti.c.ij.⁊ alibi in multis locis. Et est sanguis clarus satis rubei coloris:⁊ si aliqñ nigri ⁊ coagulati nō accidit saporis sed salsi:cōcurrente cū hoc ēt dolore stomaci ↄtinue intēsioꝛe:tñ añ exitum sanguinis ⁊ post emissionē remittiť. Cuius cā: vt arbitroꝛ:est retētio menstruoꝝ:vel ꝓhibitio eius debite euōnis. Hoꝝ igiť accidētiū ⁊ circūstantiaꝝ arbitroꝛ:vt ēt ꝑ alios iudicatū est quātū ad hoc:ꝙ pꝛima radix est dicti sanguinis mēstrualis retentio:q̄ subtilitate ⁊ adustione participans:qđ ex salsedine manifestať:⁊ ex reliquis accñtibus se ↄcomitantibus adustioni attinentibus vt siti ⁊c̄. sursum moueť a virtute ⁊ ꝟm partē recipiť in venis stomaci:⁊ sic extēdēdo doloꝛē in eo cāt:⁊ partim moueť sursum ad cerebꝛū: ⁊ tandē per vias sensui imanifestas recipiť in stōm vt satis est poře:⁊ fuit sñia dñi Aui. in 3ª tertij de vomitu sanguinis satis ad pꝛin. capituli:⁊ ↄñr ꝓ parte per poꝛos venaꝝ stomaci: vel leuē scissurā eaꝝ egrediens; ⁊ pꝛo ꝑte receptus a capite ꝑ viā oꝛis emittiť. ⁋ Et stante hoc fundamēto pȝ intelligēti. pꝛimo quare nō debilitať ex euōne sanguinis. Patȝ secundo quare fit doloꝛ capitis grauatiuus cū aliquali pulsatione coniūcta rubedine oculoꝝ cū alijs de q̄bus supꝛa. Patet ↄñr vnde fit doloꝛ stomaci:⁊ vñ per euōnē fit ipsius doloris remissio:⁊ nō sic sensibilis fit remissio doloris capitis ad euōnem sanguinis sicut stomaci: qm̄ doloꝛ capitis nō tm̄ ex tali pendet sanguine:imo ꝟm minus ab eo: sed magis ex multitudine vapoꝝ sursum ad caput eleuatoꝝ:ↄcurrēte ēt aliq̄ mā flegmatica in nāli retēta in cerebꝛo. Patet ēt quare talis sanguis educiť ꝑ viā oꝛis sine rascatione ⁊ tussi:imo cū facili inclinatione capitis ⁊ modica motione gutturis ⁊ oꝛis:⁊ si ex stomaco pēdeat: qm̄ nō sempꝫ in vomitu est necessaria distentio ꝑtium membꝛorum q̄bus euomiť:vt voluit Gal. in libello de motibus liquidis:imo q̄dā sūt ita coꝛpoꝛa disposita vt ad vomēdū. Non opoꝛteat caput ↄquinare vt loco allegato: fit tñ cuȝ p̄cedente nausea aliquali. Patȝ ēt quare ipsius sanguinis aliqua pars est discoagulata ⁊ rubea; vt ea. s. que resudat ꝑ poꝛos venaꝝ stomaci:vel foꝛte ꝑ eaꝝ aliqualē leuē scissuram. Illa aūt que fluit ex capite cū ꝓbabilr̄ pluri tp̄e extra venam remaneat:cū extra stōm expellať: quaȝ alia a stomaco vel venis eiꝰ educta apparebit illa ꝑs sanguinis coagulata ⁊ aliqualr̄ denigrata. Et patent verificata accidētia in cāu ↄiūgentia ex ꝑte hoꝝ duoꝝ pꝛincipaliū accñtium: ꝓ quoꝝ remotione ē p̄ncipalis nr̄a ↄsiliatio fienda:

⁋ Pꝛo quoꝝ igiť accñtiū remotione supposita radice de retētione sanguinis menstrui ⁊ motu eius per nā ad superioꝛa nota p̄ncipalr̄ q̄ꝫtū ad sanguinis emanationē: ⁊ si vt colligiť 5ª tertij. ⁊ 7° memur a Gal. talia sanguinis ↄstrictio fieri debeat cū stipticis ↄglutinatiuis ⁊c̄. tñ in hoc cāu ꝑꝑ duo non laudo tale ingeniū curatiuū. Pꝛimo quidem qꝛ intentio in quartanis est humectatio:⁊ hec pꝛima ē hñda ↄsideratio vt pª q̄rti.c.i.⁊ ab alijs oībus scribētibus in ista mā. Ne ergo sequať nocumētū indispōnis ad resolutionē māe quartanā facientis talia sicca stipticitatē inducentia in ꝓposito nō laudo. Scđo dicta stiptica ēt in totū ꝓhibentia exitū sanguinis ex coꝛpoꝛe:vt q̄ ꝑ interi͛ sumūtur sunt in casu multuȝ verenda:ex quo talis euō fit a nā cū nō sequať inde debilitas:ēt vt voluit Hypo. 5°. affoꝛis. affo. 34: Mulieri mēstruis deficientibus sanguinē ex naribus fluere bonū est. Dicit cōmētatoꝛ Gal. in p̄n° ↄmēti. Hoc certū signū est:ꝙ sanguinē in menstruis stringi nocet:sed si ea. s. menstrua deficiat:⁊ aliunde sanguis effluat iuuat. Innuit ergo suspectū esse talē sanguinē restringere:maxime qꝛ talis retentionis mēstrui cā est mā flegmatica grossa opillans vt supponiť. hoc ēt expꝛ̄sse sensit Gal. 6° interioꝝ penultimo.c. Nā cū posuerat nocumēta soli ta euenire ad retentionē menstruoꝝ dixit. Si aūt ex alio coꝛpoꝛis loco sanguis purgeť ⁊c̄. ⁊ hec purgatio fuerit cōueniēs nihil hoꝝ accñtium scias hr̄e eas ⁊c̄. Et ita etiā ex opposito subtiliantia mā quartanaꝝ: q̄bus vtendū est ad mām digerendā nō laudo: qm̄ talia habilitāt ad motum sanguinis adusti in sursum. Et sic curatio quartanaꝝ ꝟm istā viā vr̄ ꝓhibitiua curationis accñtiū talis de expuitione sanguinis: vt satis pȝ. Nō minus ēt est talis subtiliatio māe ꝓhibitiua curationis doloris capitis:imo idip̄m facere vr̄: qm̄ vt dixit. A. pꝛima tertij in sermōe vniuersali de signis ostendentibus sp̄ēs sode ad finem.c. Et multotiēs fiunt res subtiliantes cā sode: ꝓpterea ꝙ aperiunt viā vaporum ad cerebꝛuȝ:⁊ si sint non calide ⁊c̄. Et hec bene habeātur menti ꝓ introductione totius cure. ⁋ Pꝛo remissione aūt hoꝝ accñtium ⁊ p̄seruatione ab illo vomitu sanguinis si cessauerit ꝑꝑ dubiū redditus ꝑiodi:in quē vt supꝛa incidit sūmarie est oꝛdinanda dieta:ex qua tñ non sequať nocumētum ad curationē quartane:⁊ dimissis multis ꝑticularibus:ad que nō discurrā ꝓpter ipsam īfirmiaȝ esse regulatā regimine ꝓbatissimo doctoꝝ. ⁋ Laudo pꝛimū vt ꝓhibeanť quecūqȝ ad euapoꝛationē faciūt: vt sunt aer notabiliter calidus nāliter vel artificialr̄: ⁊ aer multi luminis:ac odoꝛamentū aromatū calidoꝝ. ⁋ Exercitiuȝ aūt diuersiuū mēbꝛoꝝ inferioꝝ:⁊ si in p̄seruādo ↄueniat: ⁊ vbi non possit fieri ambulādo:tunc fricatiōes ⁊ aliquales ligature hoꝝ mēbꝛoꝝ inferioꝝ vices supplebūt exercitij:tñ non fiat laboꝛiose ⁊ doloꝛose:ita vt ad inflāmationē perducat. ⁋ Fricatio ēt mēbꝛoꝝ supioꝝ: vt bꝛachioꝝ ⁊ spatulaꝝ:⁊ si stāte vehemētia doloris capitis ↄueniat: i p̄seruando tñ ⁊ in timoꝛe euentus nequaq̄ꝫ ↄueniūt maxime ꝑꝑ timoꝛē ↄuersionis sanguinis ad supioꝛa. Et qđ dictū est de fricationibus ⁊ ligaturis intelligať idē de ventosis siccis: vt ꝙ posite in inferioꝛibus ꝑtibus ↄueniūt:⁊ i supioꝛibus sunt apte nocere. ⁋ Uigilare ēt supflue in casu maxime nocet: qm̄ ad vigiliā supfluā seq̄tur inflāmatio sp̄ūum ⁊ sanguis:⁊ notabilis ipsoꝝ ad mēbꝛa cōuersio supioꝛa. ⁋ Nō ē tñ sempꝫ somnus acceptandus:vt in pꝛincipio vel augmēto paroxismoꝝ febꝛiū:vel vbi eēt grauitas capitis ⁊ doloꝛ ponderosius magis q̄ꝫ acutus. ⁋ A passiōibus animi maxime cauēdū:p̄cipue ab ira:sollicitudine:rixa:⁊ hꝫ. Ex aduerso mediocriter gaudere ↄuenit. Nō fiat tñ supfluus risus:neqȝ artificialr̄ machineť:p̄cipue post cibum ex cā nota medicis. ⁋ A cibis aūt acutis inflāmabilibus est ēt maxime cauendū:⁊ hꝫ generis sunt oīa acuta salsa ⁊ amara:⁊ vehemēter dulcia ⁊ vnctuosa: ⁊ q̄ sunt cū aromatibus ↄdita:⁊ cū aceto p̄cipue a sinapi ēt eruca:⁊ hꝫ cauendū est. Nō est tñ vtenduȝ humectantibus aquosis nimis:nā ⁊ si ad mām febꝛis p̄cipue cōuenire videanť:qꝛ tñ liquiditate subē poꝛi redduntur liberioꝛes ad receptionem ⁊ dilatationē passiue saltē habilitari vr̄ ad sanguinis emanationē. ⁋ Circa potū laudarē vinuȝ medij coloris medie vinositatis:⁊ in stante fluxu sanguinis si grossioꝛis esset subē magis ↄueniret: sed quōcunqȝ sit non p̄termittať q̄n notabiliter misceať cum aqua pluuiali decocta cū zucchāro albo:⁊ postea bis vel ter callibeata: qm̄ exhibitio vini multiplr̄ in casu nocet. Nā in doloꝛe capitis est p̄cipui nocumenti: vt est sñia Hypo. tertio regi. acu. tex. cōmen. 42. cū dixit. Si doloꝛem capitis timeas: mentisqȝ ꝑcussionē ab vsu vini sūmopere tibi cauēdū est. Et i ħ oēs ↄueniunt. Nocet ēt subtiliando sanguinē ⁊ ad euapoꝛationē p̄parando. Unde dicebat Aui. 5ª tertij in cura fluxꝰ sanguinis nariū versus finē:⁊ est cōis in casu nostro. ⁋ Uinū aūt ↄfert in q̄ꝫtū ↄfoꝛtet:⁊ nocet in q̄ꝫtuȝ excitet sanguinem. Cum ergo indiges ipso in q̄ꝫtum ↄfoꝛtat cōmisce ipsuȝ parūper. Et cū nō est necessariū:nec fluxus sanguinis

facit casum virtutis ꝓximũ:tunc non des ipsum in potu. Non ẽt in cãu indicatione sumpta a mã fe.multũ ꝯuenit ex quo eã ponimus adustã:⁊ sic que calefaciunt nõ conueniunt. Unũ igiť ⁊ si humectet tñ calefacit vt prima quarti de cura ethice satis ad principiũ. Ubi tñ sit necessarius ipsius vsus ꝫ modũ dcm̃.laudo singulr̃ post cibũ ⁊ potuꝫ eius sumi coclear.i.de granis granatoꝝ nõ multũ dulciũ: nã in his est virtus ꝯpressiua deorsum ad putrefactioneꝫ cibi in stõ:⁊ exinde ꝓhibeť euaporatio: qm̃ vt dixit Auer. 7° colliget de curatione maloꝝ accñtium supuenientiuꝫ egritudinibus. In granis granatoꝝ ꝓprietas repiť esse resistendi putrefactiõi:⁊ vt cibi in fumositatibus malis minime ꝯuerti possint. Placet ẽt aliqñ sumi paꝝ de dyacitoniten. Et hec q̃ztũ ad dietã sufficiant:qm̃ habitis a qb⁹ cauendũ est ꝯñr elici pñt ea:qbus vti possumus. Unũ tñ p̃cipue est cõmemorandũ: ꝙ stante necessitate cibatiõis:si actu ꝯiungať dolor vehemẽs capitis:vel sit timor de ꝓpiqua emanatione sanguinis isto casu post cibationeꝫ poni pedes in aqua calida ad intẽtionẽ medicoꝝ notam:qm̃ vt dicebat Aui.p̃ª tertij. Et fortasse augmẽtať soda in seipsa ꝑꝑ vehementiã doloris sui: ⁊ attrahit vehemẽtia doloris eius augmẽtum in ipso.iuuabit ergo ad diuersionẽ p̃cipue si infundanť pedes in aqua calida. ¶ Circa medicinalia ꝓ cura laudo non esse instandum ad curã quartanaꝝ cũ appropriatis medicinis ad curationẽ ipsaꝝ:tũ qꝛ vt plerũqꝫ medicine ad curã illaꝝ faciẽtes sunt curationẽ ⁊ eradicationẽ dictoꝝ accñtiũ impediẽtes:imo dicta accñtia sũt aliqualr̃ cõseruantes:vt aliqualr̃ fuit supra declaratũ: ⁊ ẽ intelligentibus satis manifestũ:tũ qꝛ talia accña sunt i se magis timorosa:⁊ curã ad se magis trahẽtia:quam faciãt q̃rtane:que a toto genere sunt salubres:vt colligiť de mẽte Gal.in epistola ad glauconẽ.ca.de febre effimera in fi.⁊ ab Aui.c.ꝓprio est ꝫm plimũ egritudo salua. ¶ Laudo tñ nõ in totũ p̃termitti curationẽ quartanaꝝ:qm̃ ꝑꝑ lõgã diurnitatẽ eaꝝ aliquotiens educũt ad apata splenis: ⁊ qñqꝫ ad ydropẽ ꝯñr:⁊ aliqñ ad ethicã. ¶ Laudo igiť diuisis digestiuis appropriatis singulis.vij.vel.x.diebus exhiberi.ʒ.vi.vel.ʒ.i.dyacatholiconis sine diagridio:qm̃ in virtute sua educit mãs tales melancolicas adustas nõ laboriose:⁊ in virtute eius fit aliqualis ꝯfortatio mẽbroꝝ superioꝝ:⁊ cõpressio ad inferius: ex eo p̃cipue qꝺ ꝑticipat virtute mirabolanoꝝ ⁊ reubarbari:⁊ dissoluať cũ aqua casei felicitabiť opatio. Nõ ꝓhibeo ẽt vsum confectionum cordialiũ maxime dyabuglossati:si ẽt addatur paꝝ çucchari rosati ꝑꝑ accidẽtia nõ incõueniet. ¶ Redeundo igiť ad curã p̃ncipalium accñtiũ: qm̃ prima radix vt supponit ẽt retentio fluxus menstrui.prima intentio curatiua sumeť ad ꝓuocationẽ menstrui ꝑ regionẽ cõuenientẽ. Et qm̃ vt dicebat Aui.zª tertij. hec intentio ꝑficiť maxime cũ eis: que mouent sanguinem ad matricẽ:⁊ faciunt poros apertos:nõ intendo hanc intentionẽ ꝑfici cũ medicinis ꝑ interius sumptis:qm̃ tales calide ⁊ acute existentes essent cã vtroꝝũqꝫ nocumentorum:vt manifestuꝫ est intelligenti. Erit ğ perficienda intentio cum extrinsecus applicatis. Et in hoc quedã sunt que ꝯuertunt sanguinẽ ad matricẽ:vt ẽ flõmia mẽbroꝝ inferioꝝ:vel ventosationes ⁊ ligature eorundẽ mẽbroꝝ:quedã ẽt dilatãdo meatus ⁊ poros venarũ mr̃icis exterius applicata:vt q̃dã sessiões ⁊ balnea cõuenieter hic pñt applicari. ¶ Circa igiť ꝯuersionẽ sanguinis ad mr̃icẽ cõstãte virtute laudarẽ fieri iteratã leuẽ flõmiam:lꝫ flõmia saphenaꝝ i casu ab auctoribus sit cõiter laudata:qꝛ tñ.d.Aui.c.ꝓprio dicit:ꝙ flõmia venegenu ⁊ curuatiue eius est fortior illa. Gal.ẽt in libello de flõmia. di.i.c.vltius visus est innuere in casu fiendã esse flõmiam circa venas ꝓximiores femori circa coxas vel crura cum dixit. Eas.n.que ex detentione mẽstruoꝝ a crurib⁹ oĩno euãhis:siue venã opꝫ aperire siue scarificare. Sed vbi eẽt intẽtio ad diuersionẽ a capite ⁊ a mẽbris supioribus flobothomia saphenarũ cõuenientior esset. Et ad illã intẽtionẽ vt dicebat Rabbi izª particula:nõ oporteret multũ euacuare vna vice:sed partire in pluribus vicibus cũ dixit. Et cũ ꝓponis ipsum supple sanguinẽ attrahere ad ꝯ̃riã partẽ attractionẽ ipsam noli ꝯplere primo die:sed eã reitera secũdo ⁊ tertio die. Unñ forte ad istã itẽtionẽ sufficeret vnã ʒ.sanguinis vel due ad plus vt ibi cõuertať ad matricem erit necessaria fortior:pro vna vice eũo de vena ꝓximiore hoc tñ semꝑ intelligať cõstante virtute. Nã vt dicit Gal. li.allegato de flõmia eodẽ.c.versus p̃nᵐ magis prime ⁊ p̃ncipalissime intentiones flõmie sunt magnitudo egritudinis ⁊ robur laborantis. ¶ Ubi igiť nõ tolleret flõmiam fiant ventosationes sine scarificatione sursum versus coxas:⁊ ligature aliquales:⁊ fricationes cũ pãno scarlatino: ex his ꝑficieť intentio attractionis sanguinis ad mr̃iceꝫ: que intentio ⁊ si sit prima via intentionis: dꝫ tñ eẽ posterior in ordine ad aliã que diceť:qm̃ opꝫ p̃mo poros venarũ mr̃icis habilitari rarefieri:⁊ dilatari anteq̃ꝫ mã ad eos cõuertať. ¶ Cõplebiť ğ hec intentio cũ balneis ⁊ sessionib⁹ ad hoc iuuantibus. Sed hic ẽ vnũ cõmemorandũ : qꝛ talia sunt calida ⁊ aromatica in cãu nostro nõ possumus eis vti tute ꝑꝑ duo.p̃mo dubitãtes ne caliditate sua mãe subtilitate magis sursum moueren̄ť.scdo qm̃ tales aromatice medicine dolorẽ capitis inducũt: vt dicebat ꝯmẽtator Gal.5ª afforis.in cõmẽto afforismi i fine. Muliebria educit ex aromaticis calefactio ⁊c̃.cũ dixit.experimẽtũ auteꝫ testatur:qꝛ ex oĩbus aromatibus dolor capitis generatur. Et declarat hoc ꝓpter caliditatem eoꝝ:ex calore.n.suo nimio necesse est capitis grauedo sequať. Sunt.n. in cãu nostro p̃termittenda vehemẽter calida maxime ad siccũ declinantia saltẽ non sint nimia. ¶ Pñt ğ poni q̃dã p̃ter q̃litatẽ manifestã ẽt a ꝓprietate magis hoc efficiunt. Fiat ğ vt infra. ℞.maluaꝝ ⁊ radicis eaꝝ:⁊ maluauisci: fenugreci:seminis lini añ. M.i.melisse:matricarie:mercurial̃ añ. M.5.sauine quartã ꝑtẽ. M.i.bulliant sufficienter i aqua ⁊ in dicta decoctione vltra tepidũ sedeat vsqꝫ ad vmbilicũ:⁊ ita cõtinueť tribus diebus:postea sumať serpillum ⁊ melissa equalr̃:⁊ bulliant i vino al.⁊ aqua equalr̃: ⁊ sic elixata supponať mẽbris genitalibus calida: qm̃ de serpillo vt dixit Dya.ꝙ imperat menstruis:est tñ cauẽdũ ne cum fit stuffa: vel balneũ aliqd effumet ad mẽbra supiora: vñ circũtegať pãnis cõuenienter ⁊c̃. ꝙ si cũ istis ⁊ similibus ꝓuocabiť bñ erit. ¶ Nõ laudo fortiora:qꝛ si non suffecerit laudarẽ ꝓuocari sanguinẽ emoroydalẽ cũ fomẽtatiõibus appropriatis semꝑ obseruando cañ.antedictos:qm̃ ꝑ curationẽ emoroydaꝝ habereť oĩs intẽtio:⁊ de remotione quartanaꝝ ⁊ accñtiũ vt zª quarti. Et fluxus qdẽ emoroydaꝝ est ꝯueniẽs crisis plurimaꝝ egritudinũ ⁊c̃. Et i7ª tertij.c.ij. Nã quemadmodũ fluxus sanguinis nariuꝫ remouet emoroydas currentes : ita ex opposito emoroyde currẽtes remouebũt fluxũ sanguinis a supiorib⁹. ¶ Tollerabilius ẽt erit aliqualr̃ acuta ꝓuocãtia:vt aloẽ:myrrhã ⁊ h⁹ circa emoroydas q̃ꝫ circa matricem: vt satis manifestũ est. Et si forte pori venaꝝ non apianť:sed solũ vene intumescant. ¶ Laudo isto casu tumefactis venis apponi sanguisugas electas ꝫm artẽ. Et qñ ista nõ sufficerent laudarẽ apponi vesicatoriũ ⁊ eius virtute cõstãtia: qꝺ si non sufficeret auderẽ ẽt ad ruptoriũ supra genu ꝑ tres digitos qꝺ facile fieri posset ẽt sine notabili dolore: qm̃ talia ingenia ⁊ si non iuuent ad ꝓuocationẽ mẽstrui p̃ncipalr̃: saltẽ ꝯuertunt sanguinẽ solitũ ad superiora educi ad inferius. ⁊ in hoc spero notabilẽ vtilitatẽ futuram qñ reliqua non

cõtulerint:qꝛ ex multo tp̄e habituata iã videt̃ nã ad sur
sum sanguinẽ trãsmittende. Et ista sufficiant q̄tũ ad prin
cipalẽ dispositionẽ de emissione sanguinis per superius.
¶ Restant q̄dã dicẽda breuiter circa scd̃z.s. de remissio
ne doloris capitis. Ultra igit̃ diuersiões de q̄bus supra di
ctum est succedit intentio de ↄfortatione cerebri ꝛ circũ/
stantiũ mẽbroꝝ ne recipiant: que intentio plurib⁹ p̄ficit̃
.s.cũ embrocationibus capitis factis raso prius capite: vñ
põt fieri decoctio vt infra. ℞.rosa.rub.M.i.s. floꝝ nenu
pharis: violaꝝ añ.M.s.camomille.M.i.fiat inde deco/
ctio: ꝛ ex ea embrocatio ex alto maxime p̄cutiendo super
p̄tem cõmissure coronalis ꝛ sagittalis. Istud tñ nõ appli/
cet̃ nisi stante modicissimo dolore: qꝛ magis valet in pre/
seruando q̄z in curãdo: qm̃ exñte dolore ꝛ p̄ñtia multoꝝ
vapoꝝ cũ intentione ad resolutionẽ posset dari paꝝ ma/
iorane ꝛ sticados. ¶ Põt ẽt inũgi caput: vel ẽt meli⁹ em/
brocari ad vtranq̄z intentionẽ resolutionis ꝛ ↄfortatiõis
ex duabus p̄tibus olei ro. ꝛ vna p̄te camomille addita. 8.
parte aceti. Sed hoc nõ fiat vbi cerebrũ reumatiçaret no
tabil'r: qm̃ vt dixit Auic. p̄ᵃ tertij in regimine vl'i sode. In
oi soda cui associat̃ reumatismus non declines ad infrigi/
dandũ ꝛ humectandũ caput cũ oleis ꝛc̃. ¶ Ad intẽtionez
etiã ↄfortationis ꝛ repressionis vapoꝝ exñte modico do/
lore põt fieri odoramẽtũ vt infra. ℞. floꝝ nenupharis: ro
saꝝ: sandaloꝝ: citri añ.ʒ.i.gariof.℈.i. infundant̃ omnia ĩ
aceto fortissimo prius puluerizata: post exiccata ponãtur
in pecia p̄ odoramẽto: ꝛ hec quo ad istã intentionẽ suffici/
ant. ¶ Sed p̄ remissiõe doloris vbi fuerit vehemẽs mul
tũ: ita vt fuerit vigiliaꝝ instantia p̄pter dolorẽ: est.n. pro/
uocãdus somnus: qm̃ vehemens dolor attrahit: ꝛ sic se cõ
seruat: quo casu vbi reliqua nõ suffecerint: de q̄bus supra
laudo exhiberi.ʒ.i.filonij: qm̃ in oi dispõne iuuabit. Idem
op̄aret̃.ʒ.i.diaolibani si exhibeat̃ cũ modico aq̄ buglosse.
Sed vbi eẽt dolor nõ intẽsus nimis tũc ad resolutionem
vapoꝝ: si fieret sacculus ponẽdus capiti ex florib⁹ camo/
mille p̄ duabus p̄tibus: ꝛ vna p̄te sticados: aneti: ro. nõ po
nẽdo fortiora. ¶ Qñ aũt pur instaret dolor pulsatiuus: ne
q̄z ista sufficerẽt q̄ dicta sunt laudarẽ p̄ extremo remedio
vt fiat flõmia vene frõtis leuis: ꝛ ad p̄seruationẽ ne mãe
sursum traherent̃: ita vt sanguis sursum nõ ↄuertatur: de
cuius ascẽsu ẽ suspitio: tunc tp̄e flõmie frõtis ponant̃ pe/
des in aq̄ cal'a: ꝛ ita p̄ tp̄s aliq̄le ↄseruent̃ post flõmiã. vel
fiant ligature aliquales ꝛ diuersiões crurib⁹ ad eandez in
tentionẽ. Et ista sufficiant ad reginen ꝛ curam accidẽtiũ:
de quibus supra querebatur consultatio ꝛc̃.

¶ Pro quadã spectabili dña Januense patiẽte dolorẽ late
ris a mã catarrali cũ febre. Consilium. XXXIX.


Casus ad me missus de quadam spectabili
dña Januẽse: sup̄ quo vt afferã ↄsiliũ talis
est. ¶ Ista notabilis iuuenis ãnoꝝ.xx. aut
paulo plus ẽ ↄplonis sanguinee p̄dominã/
tis cũ notabili mixtione colere: lz cerebruz
habeat humidũ ꝛ catarriçãs: sunt duo mẽ
ses q̄bus febrit febre ↄtinua: q̄ incepit die ĩ
mediate seq̄nte partũ puelle: ĩ quo plusq̄z debite mẽstrua
ta fuit: que febris iudicata fuit a principio vsq̄z p̄ mensem
de putredine sanguinis cũ dñio colere: ꝛ a mẽse citra pre/
missis euonibus debite: ꝛ flõmia visa est magis ad latus
flegmatis declinare cuz paucitate sitis sine inquietudine
dolore capitis: arriditate lingue: veꝝ est tñ q̄ a prima die
vsq̄z in p̄ñtem febris fuit semp̄ intẽsa: ꝛ p̄ mẽsem valde ĩ
tẽsa: cũ qua se. coniuncti fuerũt dolores a furcula sinistra
superiori vsq̄z ad extremitatẽ costaꝝ aliq̄ñ magni: aliq̄ñ
paruí: sed nunq̄z absoluta fuit: q̄ dolores p̄cipiebant̃ ad ta
ctũ: ꝛ sil'r apud attractionẽ anhelitus. Ex q̄bus arguebat̃
cũ alijs adesse mãm cũ ventositate in musculis: ꝛ pãnicu
lo tegẽte costas: ꝛ sil'r ad intra cũ opiniõe semp̄ q̄ adesset
descẽsus notabilis catarri a capite. ¶ Ultima dicta de fe
bre ꝛ doloribus sup̄uenit ab aliq̄bus dieb⁹ citra tussis va/
lida cũ excreatiõe mãe flegmatice viscose ꝛ mucillagino
se cũ aliquali mixtiõe catarri minuti ꝛ globosi ꝛ putrefa/
cti. Pulsus est velox ꝛ frequẽs cũ debita virtutis constã/
tia. Et in op̄atiõibus aialibus se debite regit: nec min⁹ cir
ca digõnẽ: ꝛ secũ expulsionẽ cũ pauco auxilio. Urine fue/
rũt citrie: postea rubee grosse: ꝛ aliq̄ñ clare ꝛ subtiles sine
hypostasi: ꝛ datis aliq̄b⁹ digestiuis transiuerũt ad grossas
subalbidas cũ hypostasi: ꝛ ad obl'ones satis bñ se hz lz tri/
stet̃ mẽte. ¶ Re vã mihi hic casus ex signis satis ĩtricat⁹
est certã nõ afferens notitiã de spẽ febriũ: qꝛ in oi mãli fe/
bre hñte cãm antecedentẽ. prima intẽtio indicatiõis a cã
est vel esse dz: vt dicit Gal. x. terrapen. c. i. Licet vt scribit
ad nãm flegmaticã hec febris declinare videat̃. ¶ Accñ
tia tñ hoc nõ euidẽter ↄcludunt: cũ ponat̃ in ea pulsuz eẽ
velocem cũ virtutis debita ↄstantia: ꝛ in flegmatica vt se
pe cõiungat̃ pulsus debilis. In flegmatica quoq̄z ↄiũgit̃
nauseatiua sacietas cũ casu appetitus ꝛ debilitate oris sto
maci: vt p̄ᵃ quarti de signis flegmatice in fine capituli. Et
tñ vt scribit̃ ad oblationes satis bñ se hz. Neq̄z fuit argu
mẽtũ cõcludẽs sup̄ hãc febrẽ p̄pter nõ cõiungi cũ ea siti:
neq̄z dolorẽ capitis vel lingue arriditatẽ: qm̃ ista oĩa etiã
absolui possent a febre colerica stante cerebro humido de
orsum catarriçante in casu nr̃o. ¶ Cũ reuerẽtia igit̃ istius
instruentis casum nõ erant omittenda signa circuituuz ꝛ
incrementoꝝ: qm̃ ꝛ si febris fuerit ↄtinua: p̄p̄ tñ eius diu/
turnitatẽ concludendũ est eam nõ fuisse cõclusam: sed in
ea apparere debere remissiones ꝛ excrescentias: q̄ s̄m sen
tentiã Gal'. affo. primo cõmẽto. xij. magnã afferunt cogni/
tionẽ de spẽ egritudinis. Non ẽt omittẽdus erat sudor vel
eius priuatio p̄ signo: qm̃ vt dicit Aui. prima q̄rti loco al/
legato. Et de p̄prioribus significatiõib⁹ eius.s. flegmatice
febris est paruitas sudoris ꝛ priuatio eius. Argumẽtũ etiã
de vrina nõ est efficax: vt clare intelligenti p̄z. Immo cuz
tali dispõne vrinaꝝ ꝛ antecessione febris sanguinee cum
mixtione colere: vt dcm̃ est: p̄babile satis vr̃ hãc febrez eẽ
de genere colericaꝝ vel tertianaꝝ notaꝝ. Et si ↄtinua exi
stat: verũtamẽ siue sit flegmatica: siue colerica a col'a mix
ta nota eodẽ quodãmodo saltẽ in cõi q̄tuz ad cãm sumit̃
ĩdicatio curatiua: vt volebat snia textus. A. de cura tertia
ne nõ pure in p̄n° cũ dixit. Res q̄bus diuersificat̃ cura ter
tiane nõ pure sunt res q̄bus cõicant febres frigide de licẽ
tia secunda. i. de intentione habita ad cãm ꝛc̃. qꝛ ẽt in hac
dña cõiungit̃ dolor lateris sinistri pectoris a mã flegma/
tica grossa cũ tussi ꝛ screatu eiusdẽ mãe: que ẽt dispõ non
modicã ad se trahit curã: imo eius p̄manẽtia facit ad con
seruationẽ febris. ¶ Erit igit̃ p̄positi mei in hoc casu p̄n/
cipaliter attendere ad curã dispõnis nõ omittendo inten
tionem: que sumit̃ a febre vt flegmatica est: a flegmate tñ
magis salso dependens intra: vt est p̄babile venas excre/
scente. nã si in totum intentio ad hãc mucillaginosaz ver
teret̃ mãm in pectore existentem ↄñr malicia cãe febris
Licet vir spectātissime huius vestri accidētis causa potuerit esse multiplex specialis. ego enim ex accidentibus vestris: partim ex narratione vestra intellectis: partim ex ipsarum vrinarum inspectione ⁊ reliquis causam esse arbitror relaxationē ⁊ dilatationem meatuuꝫ renum cum aliquali etiā essentiali ⁊ ꝑpria ipsorum debilitate: vnde ipsi renes deficiunt in collando aquositatem ab ipso sanguine qui ei associatur vsq̃ ad renes. Huius tamē relaxationis ⁊ dibilitatis precipua causa fuit incessus lapidei humoris per ipsos renes simul cum aliquali nitrositate ⁊ acuitate humoribus coniuncta ab extrinseco acuitate ex parte potus vini potentis: ⁊ sumptione aliquarum medicinaruꝫ siue cōfectionum notabiliter calidarum. Ad hoc etiam iuuat debilitas sequens naturalem satis intensam ipsorum renuꝫ complexionem calidaꝫ. ¶ Pro reductione igitur presupposito debito regime in cibo ⁊ potu ⁊ in reliquis rebus naturalibus maxime de exercitio ⁊ statione pedes ⁊ coitu que singularissime vitanda sunt. Restant due principales intentiones curatiue. prima in prohibitione illius materie lapide ⁊ nitrose ne per ipsos transeat renes. Secunda est confortatio ipsorum renum debilitatorum ⁊ ꝑpter malitiam ꝯpositionis vt relaxationis ⁊ dilatationis meatuū ipsoꝝ ⁊ ꝑpter malitiaꝫ complōnis calide ipsoꝝ. ¶ Primā intentionē singulariter complet diuersio materie ad oppositū vt cum vomitu leni semel in ebdomada facto si faciliter fiat stomaco non cibo pleno cum impositione penne oleo cōmuni intincte intra gulā. vt dicit dñs Auicen. 19ª. tertij in cura vlcerum renum. Et si nō sumus in causis vlceꝝ per simile tñ trahitur ad casum nostruꝫ. Uomitus enim est melius quo renū vlcera curantur ꝓpterea q̄ mūdificat ⁊ euacuat: ꝓpterea q̄ attrahit humores a cōtrario partis renum. Quod si nō fiat nisi laboriose: tunc dimittat vomitus: sed diuertatur mā per secessuꝫ cum leniter educente nō agitante: imo remittente acuitatem humoris: sumēdo singula ebdomada bolum vt īfra. ℞. cassie pinguis nouiter extrate ⁊ tapellate. ℥. vi. pulpe sebestē. ℥. iij. penidioꝝ. ℥. i. s. granoꝝ berberoꝝ qui ex ꝑprietate remittunt inflāmationē: cassie numero. vi. puluerçentur ⁊ fiat bolus. Et si expedit ad formā bonā addat paruꝫ çucchari albi. Nō placet ad hanc ītentionē misceri aliqd liquiritie: q̄ñ illa sua ꝑprietate mouet ad renes. Et ab illis est intentio diuertēdi. Jn casu tamē ad istā intentionē nō minus: imo magis placet vt fiat clistere leue q̄ bolus exhibeat: q̄ñ vt etiam sentit Auic. eadem fen. supra allegata in cura epatum renum. Clisteria enim magis sunt ꝑuenientia ad ipsos scilicet renes cum fixione virtutis sue. scilicet q̄ sumpta per superius. Et addit. Et cum hoc ipsa nō faciunt descendere aliquid de super sicut descendere faciunt ea que bibuntur scilicet ad renes. Et hoc est qđ intendimus in hac intentione. Juuant etiam ꝓ̄pterea q̄ nō sic stomacum deiciunt: sicut ea que sumuntur per superius. Placeret igitur si bis in ebdomada fiat clistere vt infra. ℞. ordei. Manipu. i. s. maluaruꝫ: bletis: furfuris añ. Manipu. s. bulliant in debita quātitatate aque aliquib⁹ bullitionibus: postea sumatur de collatura circiter. ℥. xv. vel. xvij. ⁊ non vltra cassie nouiter extracte. ⁊ nō cassie f. ℥. x pulpe sebesten. ℥. s. mellis violati. ℥. iij. olei vio. ℥. iij. sine sale vel modicissimo salis fiat clistere cui si apponat vn⁹ vitellus oui recentis nō erit incōueniēs. ¶ Ad intentionē ēt diuersionis saltē sanguinis in q̄ laborat virtus renum

tus renum in sequestrando: quoniam natura plus de eo transmittit ad ipsos q̃ si sani forēt valet ffoia leuis duarum vł triū vnciarū sanguis fcā ex basilica singul.x.vel.xij.diebus:qm̄ vltra istā vtilitatē valet pcipue equando cplexionem humorum:ꝛ ipsorum nitrositatē remittendo. Et cuz his sit cōpleta pma intentio. ¶ Scđa intentio cpletur cū eis que per interius sumunt ꝛ exterius. ¶ Per interius cum manifesta qualitate ꝛ pprietate medicinaliū:ꝛ cum cibis a pprietate cfortantibus. Medicine autē ad intentionem cferentes debēt eē aliqualr īfrigidatiue ad remissionem acuitatis mãe:ꝛ male cplexionis calide ipsorum renū. Debēt ēt esse glutinatiue:ꝛ p pte stiptice cum aliquo leui deriuatiue ad illas vias ꝛ aliquo faciente medicinas dictas in dictis locis debito morari tpe: p quo actio medicinarum cpleri possit. Uez qm̄ iā ex multo tpe nam csueuit mãs ad dicta loca deriuare dubiū foret fluentibus aliquibus mãebus ad dicta loca nisi mūdificarenť ne cū dictis medicinis clauderenť in renibus:ꝛ tādē inspissate ꝛ indurate a calore mēbrorum in lapides cuertenť:ꝛ sic essent cā pncipalis nocumēti. Ideo laudo vt interpollatiz singulis tribus diebus sumatur vnus syrupus lauatiuus dictarum mãerum ex renibus:si alique ibidem essent ctente:nō tñ talis dz esse puocatiuus pncipaliter sed lauatiuꝰ:vt dictū est. Fiat igitur vt infra. ℞. ordei de grossis corticibus purgati.ʒ.ß.ligritie rase nō rancide.ʒ.ij.capillorūue.ʒ.i. decoquantur in tribus libris aque addēdo capillorūue.in fine decoctionis vsqz ad quarti consumptionem:postea facta collatura addanť eidem.ʒ.iiij.zucchari al.ꝛ syrupizetur syrupus longus p quinqz vicibus. Sz si forte pter caliditatē temporis non posset per notabile tempus sic cseruari addatur tm̄ zucchari vt fiat syrupus in bona forma: postea sumatur de eo.ʒ.ij.cum aqua decoctionis eiusdez.ʒ.iij.pro syrupo. Alijs aūt diebus fiant trocisci.ʒ.i. vt īfra. ℞.seminis altbee:citruli:dragaganti: seminis papaueris albi:acacie:boliar.karabe:gūmi arabici.añ.p.i.fiant trocisci cum mucillagine psilij facta ex aqua portulace quibꝰ exiccatis pulnerizeť subtiliter vnus eorum ꝛ sumatur cū.ʒ.ij.aque decoctionis pentafilon ꝛ.ʒ.i.ß. aque portulace:ꝛ ita continuetur. Sit tamen aqua ipsarum tepida. Et post tres dies sumatur syrupus vt supra lauatius:postea redeatur ad dictos pulueres cum dictis aqs p tres dies ctinuos: ꝛ sic p circulū ctinuetur vt dictum est. Et si iste pluis non sufficiat cum isto ordine ad hanc eandē intentionem valebit si sumať loco istius pulueris alius syrupus factus ꝛ magis valebit acuitati vt infra. ℞. seminis malnarum:ꝛ citoniorum excorti.añ.ʒ.i.dragaganti.ʒ.ß.infundantur in aqua tepida decoctionis radicuz altbee:ꝛ se.papaueris al. ꝛ granorum alchichingi.añ. q̃tum sufficit:deinde fiant expressiones post tres horas dictorum seminum ꝛ dragaganti:de quorum mucillaginibus fiat syrupus vt infra. ℞.dictarum mucillaginum.ʒ.i.ß.si haberi possunt si non addatur lin.seminibus dragagantum:ita vt haberi possit.ʒ.i.ß. dictarum mucillaginum decoctionis supradicte.ʒ.iij.zucchari al.ʒ.ij.misce fiat syrupus cōtinuetur vt supra aliquando interponendo de alio syrupo lauatiuo sicut dicebatur de pulueribus. Et si aliqñ vtatur de pulueribus fm modum dictum:ꝛ aliquādo isto syrupo ad minus tedium nãe nō erit incōueniens. Ad istā ēt intentionez si in meridie hora collationis sumanť.ʒ.iiij.vel.v.lactis ouini noniter mulsi cuz.ʒ.ß.boliarmeni.ꝛ.ʒ.i.zucchari albi esset cueniens. Sz tūc nō est aliquo pacto exercitādū neqz comedēdū nisi post tres horas. Lac ēt caprinū ad lauādū ꝛ alterādū magis isto mō sumptū est cueniens vel asininū. Proficit ēt si fiat post lenitionē ventris cum clisteri vt supra:fiat ēt clistere ex.ʒ.viij.lactis vacini:ꝛ ēt steť supra dorsum ipso recepto p mediā horā. Cōpleť ēt intentio ista cōfortationis comedēdo de renibꝰ capretorum:pcipue si etiaz pulueriçenť:ꝛ cū media pte granorum alchichingi:ꝛ quarta pte çucchari sumať coclear.i.cū lacte erit cueniēs. Pro cōfectione ēt interdū fiat electuariū vt infra de quo pōt sumi coclear vnū in meridie:aliqñ tpe calido loco lactis. ℞. çucchari ro.ʒ.i.ß.dragagāti frigidi nicolai.ʒ.i.cum syrupo de portulaca fiat cōfectio. Et si addereť aliqd de puluere suprascripto erit cueniēs. Uez qm̄ hꝫ medicine de se aliqualiter sunt lesiue stomaci est necessariū hr̄e magnū studium in cfortatione stomaci inungēdo ante cibū cū vnguento vt infra. ℞. olei spice.ʒ.i.olei masticis ꝛ absynthij añ.ʒ.ij.gariof.macis:sgnanti:corallorum ru.galange.añ.℈.i. gallie muscate:lignia l.añ.℈.ß.cere parum: fiat vnguentum: ¶ Iam vltimate circa extrinseca alteratiua laudo pmo fieri vngnentū p vngeudis renibus bis in die mane ꝛ sero vt infra. ℞. olei citoniorum:olei ro.añ.℈.vi.olei masticis ʒ.iij.lauenť oīa qnqz lotionibus in aqs plātaginis portulace ꝛ absynthij añ.postea addať corallorum ru. coriandrorum. pp.boliarmeni:mumie añ.℈.i.thuris.℈.ß.camphore g̃.i. cere parū:fiat vnguētū. Sz p regula est obseruādū q oībus duobus diebus in sero habeať parum aceti calefacti:ꝛ cum pāno lineo in eodē aceto infuso absterganť ꝛ mundificenť partes inuncte ne viscositate olei ꝛ cere fiat clausio pororum cutis:ꝛ sic interius vapores claudēdo dictū vnguētum magis per accidens forte calefaceret q̃ infrigidaret. Iō obserueť ista regła singłr. ¶ Placet ēt p rectificatiōe humiditatis glādularum in radicibus testiculorum existētiuz:q̄ pter acuitatē ꝛ nitrositatez humoris ad dicta loca sepe fluentis exiccāda fiat inunctio:ꝛ bis in die circa genitalia inter anum ꝛ testiculos cū vnguēto vt infra. ℞. mucillaginis dragaganti:seminis altbee:ꝛ citoniorum:fcā infusione in aqua plātaginis añ.ʒ.iij. olei amigdalarum dul.ʒ.ij. cum cera fiat vnguētū molle. Postremo qz dictuz est singłr q exercitiū factū pedes ꝛ statio dorsi maxie nocet cū tñ intentio magis sit diuertere mãm ab interiorībꝰ ad exteriora:p singulari remedio obfuādū est:vt saltē semel in mane expulsis supfluitatibus cōibus fiat notabilis fricatio in supplemētū exercitij mēbrorum exteriorum pcipue supiorum vt brachiorum pectoris ꝛ dorsi. Fricatio ēt mēbrorum iferiorum iuuat:lz ñ tāta fieri dēat sicut ī supiorībꝰ. Et his suz ctērꝰ ꝛc.

¶ Pro quodā hebreo de mictu sanguinis cum residentia grossa sanguinea ꝛc. Cōsilium. LXVIII.



Assus essentialr huiꝰ dn̄i Aaron hebrei septuagenarij declarādo p accidētia ꝺ exeūtibus p vrinā est interdū mictus sanguineus cum residentia grossa sanguinea fcā supra apparente vrina non sanguinea nō tamen recte clara:ꝛ aliqñ ciungebať difficultas mictus vrine pp trumbositates in vesicca inspissatas siue cglobatas:aliqñ tñ vt h tpe pn̄ti in exitu vrinarum non apparet verus sanguis nec mixtura sanguinea vrinelis:sz interdū apparet vrina satis clara:tñ aliqualr ad liuidū declināς:ꝛ iterdū transeunte nutrimēlo ad mēbra apparet in vrina fundus qdaz grossus feculētus cū reliqua pte vrine satis clara:ꝛ cuz hoc accidenti ciūgunť valide opōnes pncipales cerebri ꝛ cordis ꝛ stomaci vt ex narratione:ꝛ pcessu diligētissime facto ꝛ acuratissime p subtilissimū artiū ꝛ medicine doctorē.d. Magistrū Ieronymū de glusiano ī scriptis ordinato plane deprehēdere potui:cōcomitāte iterdū aliqli remissa caliditate circa renes:quo tpe:vt scribiť:ꝛ est rōni csonū tūc vrine magis tinguntꝛ ꝛ cfunduntꝛ cuius effectus cāz imediatā arbi

trat̃ esse debilitatẽ pcipuã ꝯtẽtiue renũ: ⁊ sequestratiue eo rũdẽ cũ relaxatione q̃dã ⁊ dilatiõe collatoꝛꝝ: q̃ opatio qm̃ renibus maxime appꝛopꝛiatur cum debilitatur ad rubꝛicam de debilitate renũ maxime ascribit̃: ꝯcurrẽte cũ hoc ẽt foꝛtitudine attractiue ipsoꝝ renũ: ⁊ nõ in totũ ẽt ablata aliq̃li debilitate essentiali in virtute digestiua ipsius epatis cum sibi subseruientibus virtutibus: ⁊ p euidẽtias manifestissimas deduci põt: ⁊ ẽt clarissime deductuꝫ p clarissimum doctoꝛẽ: vt supꝛa. Et hec de casu sufficiant. ¶ His igitur: suppositis pmũ circa regimen in aere euitet̃ aer excessiue caliditatis facientis humoꝛes fluere ⁊ vias nimis dilatare: lꝫ ẽt aer frigidus excessiue noceat: tñ q: virtutib⁹ naturalibus est ꝯrius: tũ qm̃ impinguit materias ad ꝓfundũ: ⁊ sic ad vias vrine quaꝝ ꝯuersio ad exterioꝛa est cõueniens Est igit̃ aer eligendus tempatus in vtraqꝫ ꝯrietate: vel paꝝ ad frigidũ ⁊ siccũ declinans maxĩe ꝑpter ꝯfoꝛtationẽ virtutis retentiue: ⁊ latitudinẽ viaꝝ aliqualr̃ ꝯstringendaꝝ. Et circa hoc habeat̃ diligẽs ꝯsideratio: qm̃ aeris ĩmutatio plus facit ad nocendũ ⁊ iuuandũ q̃ alie res nãles. Et ꝑinde tpe hyemis caueatur ab aere stuffe notabilr̃ calide ⁊c̃. Et ẽt camera sue habitatiõis nõ sit terrena ⁊ humida: sed inter duo solaria ꝯstituta hñs i hyeme fenestrã ad oꝛientẽ: ⁊ in estate ad septẽtrionẽ si fieri põt. Somnus eius elligat̃ longus. 7. vel. 8. hoꝛaꝝ admin⁹ in die naturali ad qetẽ humoꝛũ ⁊ remissionẽ acuitatis eoꝝ: ⁊ magis in estate q̃ in hyeme. Tardet̃ tñ somnus adminus p duas hoꝛas si facile fiat doꝛmiẽs: q: si ꝑpter nitrositatẽ humoꝛũ vt in senibus ꝯtingit difficulter doꝛmiat: tũc nõ expedit tardare tm̃ a cibo: lꝫ sufficiat hoꝛa vel dimidia vt somnus faciliter inducat̃. Et sit somn⁹ factus supꝛa pteꝫ sinistram magisq̃ supꝛa dextrã: lꝫ in pncipio accubit⁹ pcipue cũ inducit̃ somn⁹ repẽte post cibũ q̃scere supꝛa dextꝝ p hoꝛaꝫ vel circa sit ꝯueniens. Sed nullo mõ doꝛmiat supꝛa doꝛsuꝫ maxime sup culcitra molli. ne calefacta vena chilis ⁊ emulgentib⁹ ⁊ calefactis renib⁹ vigoꝛet̃ nimis attractiua in attrahẽdo materias ad renes: ne ẽt caliditate relaxatis venulis ꝯtexentibus recte collatoꝛiũ pmũ fiãt renes passibiles ad recipiendũ supfluitates aliunde: ne ẽt aliquale grossuꝫ qδ dꝫ retineri circa renes educat̃ simul cũ vrina. Nam vitio talis collatoꝛꝝ ⁊ retentiue renũ: ⁊ foꝛtitudine attractiue renũ ipsoꝝ: vt supꝛa visuꝫ ẽ maxĩe pẽdet dispositio ista vrinaꝝ. ¶ Circa hoc igit̃ est habẽda maxĩa cautela. Et sicut dictũ est de calefactione illaꝝ pꝛiũ per istuꝫ modũ accubit⁹: ita intelligat̃ de multa statione in pedes: ⁊ de tenẽdo pãnos cũ cingulo multũ strictos circa doꝛsuꝫ: maxĩe lato cingulo: ⁊ pcipue ex pellib⁹ vulpinis: vel alijs calidis: nã ad ista sequunt̃ eadẽ nocumẽta q̃ dicta sunt de accubitu supꝛa doꝛsuꝫ. ¶ Et ex eadeꝫ radice sequit̃ circa motũ q: oĩs mot⁹ laboꝛiosus ꝑgressiuus: ⁊ maxĩe velox est in casu multũ nociuus. Vñ declinãdum est magis ad quietẽ q̃ ad motũ. Nõ est tñ in totũ negligendũ exerciᵐ: ĩmo eius vsus moderatus est multũ ꝯueniens ꝯfoꝛtando virtutes naturales mẽbꝛoꝝ extremoꝝ: vt ⁊ nutrimenta ⁊ humoꝛes ad ea ꝯuertant̃: ⁊ ita nõ pcipitent ad interioꝛa: ⁊ ad renes. Sit tñ moderatũ: ⁊ factũ in mane post vnã hoꝛã diei expulsis supfluitatibus cõibus de egestionib⁹ vrina: ⁊ sputo ⁊ hꝰ. Neqꝫ adducat vsqꝫ ad laxitudinẽ: ĩmo cũ incipiunt mẽbꝛa aliqualr̃ extrema calere in tpe tempato tunc sistẽdũ est. Et incipiat̃ a re minoꝛi paulatine intẽdendo: ⁊ ita cũ est itẽtio vt ĩ toᵐ auferat̃ paulatine remittat̃. Et qm̃ ꝑpter impotentiã virtutis vel aliaꝫ malã valitudinẽ non posset vti exercitio ꝑgressiuo loco illius fiant fricationes satis suaues. Et foꝛtioꝛes ⁊ longioꝛes fiant ĩ mẽbꝛis supioꝛibus in sursum ꝯuertẽdo: ⁊ ad bꝛachia q̃ ad ĩferioꝛa. Et post exercitiũ qualecũqꝫ factũ qetent̃ mẽbꝛa per hoꝛam vel circa anteq̃ sumat̃ cibus. ¶ Et qm̃ passiones aĩales ꝯuertendo spiritus interi⁹ vel exterius magnũ faciũt motum in humoꝛibus: idcirco ẽt circa passiones aĩales ponat̃ regula: q: oẽs tales passiões foꝛtes nocẽt vt: ira: furoꝛ: ⁊ tristicia: ⁊ timoꝛ: gaudere aũt ⁊ letari est in casu multu ꝯueniens: ⁊ bene sperare. ¶ De inanitione aũt ⁊ repletione summarie dicat̃: q: lꝫ nimia inanitio ⁊ ieiuniũ inflamãdo humoꝛes ⁊ cõmouẽdo collerã: ⁊ ꝯñter habilitãdo fluxuꝫ sit ad nocumentũ: tñ magis nocet repletio pcipue nocendo digestiue epatis: ⁊ reliq̃s v̾tutibus: vñ hec passio dependẽtiam hẽre dicit̃: vt supꝛa visum est. Inanitio aũt moderata iuuat ꝑ quãto mẽbꝛa extrĩseca reddunt̃ auara ad attrahendũ sibi nutrimentũ: ⁊ ꝯñter minus de sanguine ad renes mouet̃. Et ꝑinde magis laudo pcitatẽ ⁊ sobꝛietatem q̃ repletioneꝫ. Et ꝑinde si nõ fuerit vẽtris lenitio nãlis laudo singula die ꝓuocet̃ vel cũ clisteri vel cũ bꝛodio añ cibuꝫ sumpto: qδ sumat̃ ad quãtitatẽ. vi. ℥. p duas tertias hoꝛe añ cibũ cũ. ℥. ß. çucchari vnius cocte. Compositio aũt clisteris fiat vt infra. ℞. cassifist. nouiter extracte de cãnis ℥. i. mellis violati collati. ℥. ß. cum vitellis duobus ouoꝝ: ⁊ bꝛodio carnium pingui: ⁊ modicissimo salis fiat clistere. ¶ Circa cibũ ⁊ potum vltimate veniẽdo. Pꝛimo vitent̃ quecunqꝫ sunt in casu nociua. Et ex his precipue sunt oĩa acuitatem facientia in humoꝛibus: vt sunt oĩa acuta: vel acrumina: vt allea: poꝛri: cepe: sinapis: caules diminute decocti. Uitanda etiam sunt salsa ⁊ amara: ⁊ quecũqꝫ acutũ sunt sapoꝛẽ inducentia. Acetosa ẽt vehemẽter sunt nociua nã oĩa talia generãt moꝛdaces hũoꝛes incitãtes naturam ad expulsionẽ: ⁊ stimulantes expulsiuã: ⁊ ꝯñter impedientes ꝯtentiuã a debita opatione. Dico notãter vehementer acetosa: vt est acetum vini: qm̃ remisse acetosa ad ponticũ aliquale declinantia: vt est vinũ granatoꝝ nõ acetosoꝛuꝫ: sed muçoꝝ siue dulciũ ẽt modicũ agreste nõ multũ aceto se: ⁊ dulcoꝛate cũ çuccháro triũ coctaꝝ iuuant ad aliqualem acuitatis hũoꝝ remissionẽ. Uitanda ẽt sunt quecũqꝫ dilatant multũ meatus: ⁊ ꝓuocant multuꝫ vrinaꝫ. Et hoc mõ bꝛodia ciceꝝ: capares: petrosiliũ: feniculi: ⁊ hꝰ sunt nociua. Et vlr̃ quecũqꝫ imprimũt vehemẽter in nãm calefaciendo ⁊ humectando debent euitari: ⁊ sic spẽs ⁊ aromata ⁊ fructus humidi plurima hũiditate: vt melones: ⁊ ꝑsica multũ matura: ⁊ vue recẽtes sunt in casu nociua. Eligãtur igit̃ ex cibis de cibarijs ad insipidũ declinãtia vel ad paꝝ dulce: qm̃ vehemẽter dulcia p hoc q: facile ad colerã conuertunt̃ sunt verẽda: vt est mel: ⁊ çucchaꝝ vni⁹ cocte: vel ẽt electũ multe q̃titatis. Spãliter igitur descẽdendo eligatur panis ex floꝛe farine frumenti. Et si apponatur vna pars farine oꝛdei aut spelte: ⁊ pinset̃ cũ aqua decoctionis liquiritie: ⁊ ponatur modicuꝫ fermenti: sed magis in tpe longo leuetur q̃ ex acuitate fermenti: sit sine sale non in furno tostus. Et si multuꝫ coctus fuerit abscindant̃ ptes exterioꝛes: nec sit actu sed p vnam diem factus. Inter carnes quadrupedũ conueniũt carnes capretoꝝ tpe estatis ⁊ carnes lepoꝛine: ⁊ capꝛioloꝝ iuuenuꝫ: ⁊ ẽt vituli: in hyeme aliquoꝝ montonũ castratoꝝ vnius anni. Et de pullis valent pulli gallinaꝝ maxime femelle: ẽt galline mediocris carnositatis: ⁊ capones: ⁊ fasiani: ⁊ ꝑdices: dimittantur columbe: ⁊ quaglee: ⁊ aues aquatice: ⁊ in ꝑparatione elixata magis conueniunt q̃ assate. Et si in cena assate exhiberi possunt debẽt pꝰs elixari: ⁊ post assari. De his tñ nõ comedant̃ ptes exterioꝛes huste. Et dieb⁹ q̃bus carnes nõ comeduntur potest vti piscibus paruis petrosis elixis magis q̃ assatis: vt sunt temeri: ⁊ lutij: ⁊ persici: dimissa pinguedine ipsoꝛum. Euitentur pisces grossi coꝛpoꝛis: ⁊ oẽs viscosi non squãmosi: vt sunt tenche: anguille: ⁊ huiusmõi. Limacie in isto casu cõuenientissime sunt: nã sua ꝓprietate remouẽt

tate remouēt nitrositatē humoꝝ: proprietate etiā ꝯfortāt mirabiliter epar: ⁊ virtutes eius si debite ꝑparentur elixate magis q̄z assate. Ualent etiā rane in nemoribus apparētes abscissis crurib⁹ ⁊ capite: ⁊ euisceratis postea elixatis. Dimittat ꝓ ꝯdimēto buthyrū: sʒ vtaṫ magis oleo oliuaꝝ: ⁊ si factū fuerit ex oliuis imaturis ē magis ꝯueniēs. Caseus antiquus est vetitus: sʒ caseus recēs parce salit⁹ duoꝝ vel triū mensiū: ⁊ pecudinus si sumaṫ moderate nō discōuenit: imo q̄dā moderata viscositate plurimū ꝯfortat colatoriū remittendo ēt hūoꝝ acuitatē. Etiā lac pecudinū est multū ꝯueniens si sumaṫ solū sine mixtione alterius: vbi gr̄a sumēdo. ℥. v. cū modico zucchari. ¶ Et sit tepidū: sed post ipʒ nō dormiaṫ: nec aliquo mō exerciteṫ: nā tm̄ i cāu ꝯuenit vt dixit Auic. ꝙ lacti ouino nō est aliqd ꝯpar in debilitate renū. Pro ferculis valet panis coct⁹ trit⁹ vel integer si ꝑus laueṫ vna lotiōe in aq̄ postea ponaṫ in brodio. Far ēt ⁊ miliū ⁊ panicū si decoquātur in brodio carniū ⁊ bn̄ coquāṫ satis ꝯueniūt silr̄ ⁊ rizuʒ: sʒ dʒ torre fieri: postea laueṫ ⁊ decoq̄tur in brodio. Oua ēt sorbilia gallinaꝝ sine sale vel modicissimo salis ꝯueniūt si in ꝑncipio prādij sumanṫ: ēt si ꝯcutianṫ cū modico casei de quo supra: ⁊ fiat viuarolū vocabulo nr̄o ꝯueniūt. Inter herbas laudaṫ lactuca: portulaca: atriplex spinachia: ⁊ bletes abiecta p̄ᵃ aq̄ ebullitionis: borago ēt ⁊ buglossa ꝯferūt. Uinuʒ sit medij coloris medie potētie vitando oīa vina potētia. Et si parūper ad dulce declinet: ⁊ nullo mō ad acetosuʒ est notabilr̄ ꝯueniens: ⁊ maxime mixtū aliq̄lr̄ cū aq̄ decoctionis ligritie: ⁊ aliquoꝝ granoꝝ berberoꝝ. Et h̄ q̄ꝫtū ad regimen in dieta sufficiāt. ¶ Sequiṫ regimē medicinaliū i quo erūt tres ꝑncipales intētiones. Pria est diuersio post euōnē q̄ facta est ꝑ alios precedētes māeꝝ a vijs vrine ad oppoᵐ. Scd̄a est eq̄tio māeꝝ ⁊ remissio acuitatis eaꝝ. Ultima est alteratio mēbroꝝ ⁊ ꝯfortatio eoꝝ ꝓhibendo gnātionem acuitatis in dictis mēbris. ¶ Pria igiṫ intentio q̄ est diuersio stante facilitate ad vomitū ꝯpleṫ singularissime ꝓuocando vomitū singulis octo vel. x. diebus: qm̄ ꝑ eū maxime iuuanṫ egritudies renū: vt fuit snia. d. A. xviij. tertij: ⁊ Serapio quarto breuiarij dic: ꝙ qn̄ vtiṫ eo hō assidue sanaṫ velociter sanatione integra. Fiat ergo vomitiuum comedēdo diuersa cibaria maxime ex carnib⁹ pinguibus ⁊ grosso mō masticatis: ⁊ bibat vinū dulce: ⁊ postq̄ꝫ sic stetit per horā q̄si iterato bibat aquā dictaꝝ carniū pinguiuʒ decoctiōis seminis attriplicis ⁊ aneti: ⁊ sumendo de ea circiter. ℥. vi. ⁊ cū. ℥. ij. olei. oliuaꝝ: ⁊ sic tepidū sumat nō calidū: deinde voluat se ꝑ lectū inordiate ꝯn̄ter post duas tertias hore posita bombice ad oculos: ⁊ ligatis oculis cū intentione vomēdi imponat sibi pēnā intinctam in oleo in guttur ꝓuocādo vomitū: ⁊ ita educat. Et cū compleuerit abluat faciē suā cū aqua rosata: ⁊ aceto: ⁊ coluat os suuʒ ex his silr̄. Postea nō sumat cibū nisi dū famescet vel: saltez tardādo duab⁹ vel trib⁹ horis. Et tūc sumat cibū leuē: nō tn̄ oua sorbilia: neqʒ lac ꝓpter facilē corruptionē eoꝝ: sed pistatū vel aliqd similr̄ facile. Sequēti ēt die si staret volūtas ad vomēdū iterato euomat: ⁊ faciat vt ꝑus. Hoc totū itelligiṫ si difficulter fiat vomitus: vbi aūt facile fieret. ¶ Laudo vt fiat semel in mēse ꝓuocādo cū pēna intīcta in oleo duobus dieb⁹ ꝯtinuis vt dictū est. Hec eadē intentio de diuersiōe ꝯpleṫ exhibēdo singulis. vi. diebus boluʒ ꝯfectionis vt infra. ℞. cassie nouiter ex̄cte. ʒ. vi. pulparuʒ sebesten pinguiū. ʒ. ij. granoꝝ berberoꝝ pulierizatoꝝ numero. vi. cū zuccharo fiat bolus: sumaṫ in aurora ꝑ. vi. horas an̄ cibū. Si ēt sumereṫ an̄ cibū per duas tertias hore nō esset incōueniens. Nam istud diuertit mās ad vias intestinoꝝ remittēdo ēt acuitatē eaꝝ: ⁊ ꝯuertēdo a vijs vrine. Si ēt bis in ebdomada qn̄ nō fit vomitiuū vel nō daṫ cassia: imo ⁊ in die an̄cedēti q̄ dʒ fieri vomitiuū exhibeaṫ clistere ꝺʒ formā positā vt supra. Cū his trib⁹ ⁊ altero eoꝝ complebiṫ conuenienter prima intentio que est diuersio.

¶ Circa aliā intentionē que est equatio māe ⁊ alteratio valet si interdū sumaṫ syrupus vt infra. ℞. syrupi vio. ℥. i. s. de fumoterre. ℥. s. syrupi de portulaca Mesue. ʒ. ij. aq̄ decoctionis semiuʒ maluaꝝ althee or. excorticati: ⁊ alchicbēgi an̄. ℥. iij. fiat syrupus aromatizatus cū modico sandalorū citri ⁊ spodij ꝓpter rectificationē epatis. Et cū isto pōt ꝯtinuare trib⁹ vel quattuor dieb⁹. Et si appareret multiplicari sanguis vel vrina fieret magis tincta: q2 i p̊ syrupo est virtus mundificatiua renū posset dari syrupus vt ifra. ℞. syrupi rosati de ifusiōe. ℥. i. s. aque decoctionis ligritie: ⁊ coriandroꝝ. ꝑ̄ꝑ̄. fiat syrupus: ⁊ cū remittiṫ tīctura dimittaṫ iste syrupus. Ad eandē intētionē valet si interdū apparente tinctura vrine fiat leuis flobothomia de vena basilica dextri brachij euāndo duas. ℥. sanguinis nō vltra: nā ꝑ eaʒ remittiṫ inflāmatio humoꝝ ⁊ diuertiṫ mā ad oppositūʒ. Ualent ēt ad hāc intentionē ꝯfectiones ꝑ̄cipue ꝯfectio facta vt infra. ℞. spēꝝ dyarodon abbatis. ʒ. i. s. specieꝝ trociscoꝝ de spodio cū semine acetose. ʒ. s. seminū althee: ⁊ maluaꝝ ⁊ berberoꝝ an̄. ℈. i. cū zucchiaro dissoluto i aquis absynthij portulace: ⁊ fumiterre: qd̄ sufficit fiat confectio in morsellis: de qua ꝯfectione loco syrupoꝝ vti pōt sumēdo morsellū vnū triū. ʒ. ꝓ vice ꝑ duas horas an̄ cibum. Et si plʒ ꝑt post ꝯfectionē sumere duas vel tres. ℥. aq̄ decoctōis sandal. citri: ligritie: ⁊ berberoꝝ. ¶ Postremo insurgit vltima intētio q̄ est ꝯfortatio renū: ⁊ epatis. Et hec ꝯpleṫ cū his q̄ intrinsecus ⁊ extrinsecus offeruntṫ maxīe a ꝓprietate q̄dā occulta valētibus: ⁊ ēt a manifesta q̄litate pria vel ꝺa. Ualet igiṫ ꝓ ꝯfortatione renū singulariter ꝑiferius si expulsis suꝑfluitatib⁹ cōib⁹ nā vel clisteri de q̊ supra fiat ꝯn̄ter īpositio quattuor vel. v. ℥. vsqʒ ad. vij. de lacte ouino tepido cū. ℥. s. zucchari vnius cocte: ⁊ tūc iaceat supinus ꝑ horā vel horā cū dimidia. Ualebit silr̄ si fiat decoctio de renibus capraꝝ vel capretoꝝ ꝑ̄cipue si ꝑtes pingues ille fuerīt: ⁊ imponēdo ꝑ clistere: vt supra dictū est. ¶ Per interius ēt valet ad ꝯfortationē illoꝝ mēbroꝝ si aliquotiēs maxime in hyeme sumereṫ. ʒ. i. trifere minoris ex arte fenonis. Et si cū ea ꝯmiscereṫ. ʒ. s. epatis adib. erit magis appropriata ꝯfectio. Ualebit ēt excellēti⁹ ad ꝯfortanduʒ si fiat puluis vt infra de quo sumaṫ coclear vnū an̄ cibū cū modico brodij: ⁊ habebit intentionē nō ad epar tm̄: sʒ ad renes ⁊ vesicā: cuius descriptio talis est. ℞. epatis adib. renū: ⁊ vesicaruʒ capraꝝ vel capretoꝝ lotoꝝ ꝑus in aq̄ decoctionis alchicbingi: ⁊ ligritie: postea positoꝝ in olla q̄ debite cooperta posita i furno moderate calido exicceṫ dicte carnes donec pulierizari possint de q̄ puluere sumāṫ. par. iij. sandaloꝝ ligritie spodij an̄. par. s. zucchari albissimi ad medietatē totius mis. ¶ Exterius aūt ꝑꝑ ꝯfortationē virtutū nāliū epatis valet si fiat sacculus supra epar vt ifra. ℞. floꝝ camomille rosa. sumitatū absynthij: ⁊ sq̄nanti an̄. M. i. siue. s. sandal. citri: spodij spice an̄. ʒ. i. ꝯtūdanṫ grosso mō ⁊ suꝑ calefiat sacculus leuiter ⁊ supponaṫ regioni epatis mane ⁊ sero an̄ cibū per horā. ¶ Circa renes opʒ bn̄ intendere ne fiat restrictio māeꝝ feculentaꝝ in ipsis renibus: qm̄a caliditate ipsoꝝ faciliter ad lapideitatē ꝯuerterētur. Idcirco fiat inunctio leuis stipticitatis ad frigidū aliqualr̄ declinās nō nimis ne virtus ipsoꝝ debilitetur ⁊ extinguaṫ. Fiat igiṫ vnguētū vt ifra. ℞. olei ro. olei violati olei absynthij. an̄. ℥. s. lauentur duabus lotionibus in aqua plātaginis ⁊ tertia parte aque absynthij postea cū modica cera ⁊ modicissimo aceto. ⁊. ℈. i. mumie fiat vnguētū. Sʒ attendaṫ ꝙ singulis duobus diebus vel tribus adminus abstergantur ꝑtes vncte cū duab⁹ ꝑtibus vini vermilij: ⁊

vna aceti simul mixtis paꝝ calefactis. ¶ Superest postremo pp accidens qđ aliqñ euenit a quo deus auertat in futuꝝ si adueniret apponať remediũ sufficiẽs vt est trũbositas sanguinis z ꝯglobaꝰ eiꝰ in vesica faciens opillationẽ z ꝓhibitionẽ exitus vrine. Quo casu veniẽte accipiať zirbꝰ adipinus vituli vel castrati bñ pinguis: z sic calidus euiscerato aĩali ponať supra pectinẽ: vel si nõ ꝯseruеť caliditas fiat decoctio in aq̃ calida z ifundať dictꝰ ҫirbus vt infra. ℞. camomille: paritarie: senationũ: siue cresoni. añ. M. i. floꝝ aneti. M. s. misce ex bis fiat fomẽtatio mediãte dicto ҫirbo bina vel trina. Et si nõ possit hẽri ҫirbus habeať filtruz loco eiꝰ vel pãnus grossus: z infundať ĩ dicta decoctione z supponatur. Deinde fiat inũctio qñ hoc nõ sufficiat cũ oleo amig. amaraꝝ: z oleo de lilio z scorpionum. Et qñ ad ista nõ obediret liq̃factio pp fortẽ coagulationẽ ipsius sanguinis posset distillari de dictis oleis intra vesicã cũ siringa z posset dissolui: z est forte remediũ. ʒ. i. coaguli leporis cũ oleo scorpionis z fiat inunctio ex eo supra pectinẽ. Et postremo si ista nõ suffecerint exhibeanť de dicto coagulo. ℈. ij. s. vsq̃ ad. ʒ. i. cũ. ʒ. i. oximellis. s. z aq̃ camomille z raffani. añ. ʒ. i. s. Et his sum contentus.

¶ Pro quodam qui nõ potest erigere membrũ sed emittit sperma anteq̃ erigatur. Consilium. LXIX.



Pro regula cauẽdũ est ab oĩbꝰ exiccãtibus siue cuz eo ꝯtingať intensa caliditas siue intensa frigiditas. Et iõ cauẽdũ a cibariys aromaticis cũ pipere: z a multũ infrigidãtibus: vt est potio aq̃ frigide z coriandroꝝ multoꝝ: z i hoc nocẽt lentes z miliũ z acetosa ƀ arãcys limonibꝰ agresta: z hꝯ. ¶ Utentur ẽt quecũq̃ sua caliditate z siccitate mãm minorãt ſpmaticã: sicut sunt rutha: ciminũ: maiorana: semen agni casti: z hꝯ. Laudanť in casu quecũq̃ ad aliqualẽ calefactionẽ cũ humectatione declinẽt: ita vt ex eis genereť sanguis calidus z humidus: ad grossuz tñ aliqualr̃ declinans. Et si cũ eis ꝯiungať inflatio z vẽtositas aliq̃ sunt in casu plurimi iuuamenti. Inter spẽs pcipue vz ҫinҫiber cũ modico cinamomi z croci: sit tñ pcus vsus eoꝝ cuz ferculis. Ualent in casu cicera cocta in brodio pingui faseoli etiam sũt hꝯ nãe. Buthyrũ ẽt si moderate sumať cũ modico salis multũ ꝯuenit. Idẽ intelligať de caseo pingui: recẽti cuz modicissimo salis. ¶ Ad hoc valẽt carnes castrati z brodia eius: z oua ẽt sorbilia aliqualr̃ inspissata. Amigdale ẽt pure precipue cũ zucchаro sunt vehementis iuuamenti. Idez ẽt efficiũt castanee cocte: si cũ zuccharo comedanť. Est tñ vitanda oĩs supflua repletio z nauseatiua sacietas: vinũ ꝯueniens sit nigrũ grossum ad dulce aliqualr̃ declinans: nõ nimis potẽs. Exercitiũ laboriosuz z qes supflua nocẽt. Equitatio iuuat: qm̃ genitalia z alia mẽbra circũiacentia calefacit tempate: z humiditatẽ cũ spiritu z vẽtositatem ad ea trahit: z sic ea mẽbra cõfortat z nõ laxat. Est tñ cauendũ a nimia frigiditate pedũ: qm̃ ĩ casu est multũ nociua. ¶ Circa medicinalia fiat cõfectio. ℞. pineaꝝ: fisticoꝝ: auellanaꝝ. añ. ʒ. i. s. granoꝝ coti excorticatoꝝ: caudaꝝ struci: cerebroꝝ passeꝝ masculoꝝ. añ. ʒ. iij. radicũ satiriõis recentiũ sub cineribꝰ coctaꝝ z mũdataꝝ. ʒ. iij. penidioruz buthyri recẽtis. añ. ʒ. iij. testiculoꝝ verris vel arietis assatorum numero. ij. oĩa teranť sigillatim in mortario postea in buthyro incorporenť: deinde ꝓiciať desup ea zucchari al. lib. i. s. qđ zucchaꝝ dissoluať in brodio pingui pipioꝝ: z ebulliat ad debitã decoctionẽ ꝑ electuario. Et si addatur ʒ. s. ȝȝ. in cõpõne electuary erit cõueniẽs. Põt ẽt fieri iunctio ad mẽbra genitalia adiuuãdũ erectionẽ si expediat

Sumantur formice maxime ad citrinũ declinãtes si hẽri possint cũ ouis eaꝝ. M. i. bulliãt in. ʒ. vi. olei cõis in vase vitreato in furꝰ deinde ponať pulueris semis cepe: z ruthe. añ. ʒ. s. cũ cera qđ sufficit fiat vngm. Aliud ad erigẽdũ. ℞. semis eruce. ʒ. xvi. cimini. ʒ. viij. pipis. ʒ. iiij. seminis portulace. ʒ. ij. cere qđ sufficit: ꝯfice cũ melle: fiat quarta pars z detur mane z sero est incomparabile. Aliud. ℞. saturegiam z puluerisa: z misce cũ melle: z bibe cũ vino z statiz ꝓuocabis ad coitũ. Aliud. ℞. semis cepaꝝ al. testiculoꝝ vulp. cerebroꝝ passerũ: floꝝ palme: thuris masculi. añ. ʒ. ij. formentur pillule cũ aqua calida: z denť. v. aut. vi. z non plures qꝛ mulier sub viro deficeret. Uel si vis ponere loco palmaꝝ semen eruce siluestris. ¶ Ad hoc valet si sumatur. ʒ. s. seminis pastinace cũ. ʒ. ij. decoctionis cicerum rub. z. ʒ. i. vini dulcis grossi. Itẽ. ʒ. i. asse cũ melle multum ad hoc operať. Itẽ testes vituli exiccati triti. Itẽ oua colũbaruz z pdicis. Itẽ seminis eruce. ʒ. s. cimini. ʒ. ij. pipis. ʒ. i. seminis portulace. ʒ. s. oĩa terre z ꝯfice cũ melle. Itẽ pinearũ petrosiliy: pudent: si ceruini: terbẽtine. añ. p. i. pipis. p. s. z cum melle fiat electuarium. Item cum succo berbene fiat inunctio anteq̃ coeat zc̃.

¶ De inaturali exitu seminis. Consilium. LXX.



Uidi in casu inaturalis exitus seminis z pollutiones maxime nocturne ꝯcurrẽte tñ desiderio ad pficiẽdũ coitũ: siue võ siue imaginario z in dispõe que satis ꝓprie vt p accidentia in casu scripta ꝯstat appellari põt satiriaſ. qm̃ neq̃ simplr̃ papismus appellať neq̃ ẽt gomorea vt ex descriptionibꝰ positis a. ℌ. 6º. interioꝝ caplo penul. ꝯprehẽdi põt ĩsinuãtis in effectu: vt ẽt dixit passionarius ꝙ papismus est pudẽdoꝝ tensio nimia multo tpe pseuerãs absq̃ desiderio coeundi. Ubi gomorea vt tenet Gal. loco allegato est inuoluntaria ſpmatis purgatio absq̃ veretri tẽsione. Per hoc ꝙ in cãu nr̃o stet vehemẽs tẽsio distinguiť a gomorea: qꝛ tñ stat cũ desiderio coeundi distinguiť a papismo: vt ẽt voluit Rasis. xiº. ꝯtinentis q declarãs papismuz dixit: papismus est erectio virge absq̃ appetitu z absq̃ caliditate cõprehensa sicut accidit qñ aliqs iacet sup dorso. In hoc ergo differt papismus a satiriasi: qꝛ in papismo nõ stat desideriũ z appetitꝰ coeũdi z in satiriasi sic. Sz cõicant intẽsiõe: vñ silr̃ in satiriasi vsus coitꝰ ꝯfert z sedat ips̃: ꝯpleta. n. venere vga mollificať: vbi ĩ papismo ñ sedať erectio ẽt p coitũ. Dico igiť vidi casuz hũc cũ accidẽtibꝰ suis in scriptis sup ƀ mirifice declaratũ: z habũde z luculẽter cũ causis extensiõis z cũ causis coitus nãlis expssuz necnõ cũ sentẽtys Auic. ad multitudinẽ ſpmatis z vehemẽtiã desidery facientibus singulari declaratiõe refertũ. ¶ Deinde colligẽdo causas spãles huiꝰ nocumẽti z eisdẽ postremo regimẽ z curã adaptãdo. Sed qm̃ vt dicit Rabbimoyses in suo tractatu de regimine sanitatis ars medicine facilis est ĩtelligere apõ bñ intelligẽtes: sz est difficilis opari: idcirco est bñdа oĩmoda ingsitio: vt in ea recte opari possimus: qđ fieri nõ potest nisi precognita vere dispositiõe supra quã est afferẽda curatio: vt sunt sñie clare plurime auctoꝝ quas ꝓpter breuitatem hic nõ referam. Et qm̃ ex accidentibus in scriptis datis multa remanent indiscussa ad rectaz intelligentiaz casus: idcirco dicam cum alexandro archimedico in. c. de effusione seminis. Interrogare autem oportz de colore ipsius seminis: z vtrum spissum aut tenue est qđ egrediť: z que pcesserunt etiam vel qualis ante fuit vita: z quibus cibis vsus est aut si plus ꝯsuetudine venereis vsus est actibus. Nã si plenitudo est: necesse est vt effundanť. Si autẽ

nihil

nihil tale fuerit ⁊c̃.supple nõ opꝫ vt effundat̃.Et eandem
sñiaꝫ videbat̃ insinuare dñs Auic.zo.tertij.in capitulo de
multitudine desiderij cũ dixit.Qñ est cũ fortitudine cor/
poris ⁊ sanguineitate:⁊ sanitate ꝯplexionis ⁊ adoloscentia
etatis ⁊ potentia sup coitum absqꝫ successione debilitatis
nõ est necessariũ vt occupatio sit in regimie eius ⁊ fractio/
ne ipsius:fractio nãqꝫ eiꝰ aduertit ꝯplexionẽ ⁊ destruit vir
tutem ⁊c̃.Et paulopost addidit.In pria aũt cuiꝰ cã est aut
acuitas spmatis aut multitudo eius cũ debilitate corporis
ꝓpter fortitudinẽ vasoꝝ spmatis ⁊c̃.supple opꝫ ꝙ sit oc/
cupatio in regimine eius ⁊ fractione ipsius. Fuit ergo ne/
cessarium ad recte intelligendũ q̃ dicat̃ ꝑncipalis cã huiꝰ
nocumenti vt ponerent̃ quedã reliqua accidentia de for/
titudine corporis ⁊ sanguineitate ⁊ sanitate ꝯplexionis cũ
extensione venaꝝ vel sine:qm̃ lꝫ vt ex discursu facto ꝑ pre
stantissimũ doctorẽ qui ordinauit dictũ ꝯsiliũ colligant̃
sũmarie tres ꝑncipales cause istarũ pollutionũ quaꝝ vna
est multitudo spmatis:⁊ alia fortitudo imaginationis de
actu venereo.⁊ tertia debilitas ꝯtentiue vasoꝝ spmatis.
Et in prima cã vr̃ cõcordare cũ Aui. ita diiudicantis.s.ꝙ
multitudo spermatis sit vna de potissimis causis. ¶ Ad
hanc aũt cãm de multitudine spmatis fuit necessaria spã
lis inuestigatio vt nũqd hec multitudo spmatis fuerit ta/
lis ex habundantia humidi sanguinei in toto:cũ ipsuꝫ sper
ma sit superfluitas vltimi alimẽti distributi ꝑ mẽbra ⁊c̃.
ꝙ cognosceret̃ facta inuestigatione ex plenitudine:⁊ ple/
ctoria totius ⁊ corporis tumore ⁊ inflatione venaruꝫ:⁊ ꝙ
fuerit melius dormiens post expeditionem actus virtute
inde nõ d̃bilitata vt volebat Gal.tertio tegni ꝑmo caplo.
Venereorum vero vsus ⁊c̃.qm̃ si talis eẽt spermatis mul
titudo:vt supra dictũ est nõ esset multa intentio ad absci/
sionẽ eius.Sꝫ si passio tediosa foret ad debilitatẽ tñ non
adducens ꝯuenienter deberet̃ regimen de quo in ꝯsilio.
Cauendo ab oĩbus q̃ multũ nutriunt ⁊c̃.siue sint cibi siue
cibi medicinales siue medicine cibales:vt scribit̃ lꝫ scd̃m
veritatẽ tñ ex ꝓprietate terminoꝝ neqꝫ cibi medicinales
⁊ multo minus medicine cibales pñt eẽ ex eis q̃ multum
nutriunt.Sed vbi eẽt multitudo spmatis in casu multitu
dinis desiderij ⁊ pollutionis nõ cũ multitudine humidi ĩ
toto:ita ꝙ exuberãtia nutrimenti totius nõ sit cã multe su
perfluitatis decidẽde spmatice:sed ꝓpter caliditatẽ ⁊ for/
titudinẽ mẽbroꝝ genitaliũ nãlẽ fieret attractio plurime
humiditatis spermatice ad vasa seminaria:⁊ tũc grauata
virtute nitit̃ ipsa ad exoneratiõeꝫ ⁊ expulsionem:⁊ ꝯñter
mẽbra ĩtumescũt ex ordine nãe ad actũ ꝑficiendũ ꝯcurrẽ
tibus simul vaporibꝰ:⁊ vẽtositate sil'cum hũido attractis
ad dictas ꝑtes:⁊ sic implentibꝰ vacuitates ⁊ dilatãtibus ⁊
extẽdẽtibꝰ qđ est satis possibile stante in toto debilitate:⁊
indigentia nutrimẽti:vt ego existimo in casu nr̃o:qm̃ si eẽt
ex habundãtia mãe in toto nõ seq̃ret̃ ex eũone debilitas:
vt volunt auctores vl'r.Et A.ꝑcipue de signis exuberatio/
nis spmatis in ꝑn.cũ dixit.Illa in qua est spmatis multi/
tudo non sentit̃ debilitas:diminutio.s.in opationibꝰ cum
multitudinẽ coitꝰ. In cãu aũt nr̃o vt ex accñtibꝰ colligit̃
in tertio accidẽti post pollutionẽ sentit debilitatẽ notabilẽ
ac si balneũ exiuisset:⁊ in brachijs ⁊ in manibꝰ ac si forti/
ter laborasset:lꝫ minorẽ sentiat in ꝯiunctiõe cũ muliere q̃ꝫ
in somnis:cuiꝰ rõ põt sumi ꝑtim qm̃ in somnijs stat forte
imaginatio de muliere multũ speciosa multũ delectabili
vbi vxorẽ forte nõ tm̃ diligit:nec ita gratam hꝫ ad coeuñ.
Et ita v̓tutes nãles parate obedire aĩalibus plus de mã
spmatica ꝯuertunt ad mẽbra gñationis ⁊ ipsius spmatis
maior fit eũatio in somnijs:q̃ꝫ tũc in vigilia.Vel sumitur
ex mente Aristo.4ª ꝓbleumatũ ꝓbleumate.5º qꝛ corpus
ꝙ dꝫ coire opꝫ intrinsecus esse calidũ ⁊ humidũ:tale aũt
est in somnijs magis q̃ꝫ in vigilando:⁊ sic plus de semine
emittit̃:⁊ ꝯñter maior debilitas seq̃t̃.Itẽ dixit post pollu/
tiones intestina ĩfra vmbilicũ murmurãt ⁊c̃.qđ nõ ꝓpter
aliud euenit nisi qꝛ debilitãte calore nãli ꝑ ꝑus erat potẽs
resoluere mãm insensibil'r fit tũc sufficiens ad resoluẽdũ
insensibil'r:sꝫ tm̃ ꝓpter debilitatẽ sufficit mãꝫ in vaporeꝫ
⁊ ventum ꝯuertere:⁊ nõ resoluere:⁊ sic fit rugitus vt.iꝫª.
tertij tractatu q̃nto ad ꝑncipiũ.Et si sic est vt credo tũc in
hoc casu no esset necessaria dieta cũ infrigidantibus ⁊ hu
mectantibꝰ:vel cũ exiccãtibus ⁊ extenuantibus q̃ necessa
ria est in primo casu per eã ꝓduceret̃ corpus ad matiem:
⁊ extenuationẽ ⁊ marasmoneꝫ:vt pꝫ ꝯsideranti.Et in hoc
esset maximus error:imo tũc restaurandũ est cũ restaura
tiuis ⁊ viuificantibus virtutẽ.Neqꝫ hoc mirabile videa/
tur.s.ꝙ q̃dã membra sint fortia humectata plurimo nu/
trimento ꝓpter virtutẽ fortẽ attractiuã eoꝝ reliq̃s debili
bus existẽtibus.Et hunc casum exꝑssit.d.A.in textu in capi
tulo de multitudine desiderij cũ dixit.In illa aũt cuiꝰ cã
est acuitas spmatis aut multitudo eius.s.spmatis cũ debi
litate corꝑis.Ecce q̃uo cũ multitudine spmatis stat debili
tas corporis.Dixit ꝯtinuãdo ꝑꝑ fortitudinẽ vasoꝝ spma/
tis fit supple talis multitudo ⁊ declarat dicens.Et qꝛ attra
hunt mãm spmatis ad se q̃uis sit in corꝑe indigentia vir/
tutis sicut accidit vt creent̃ q̃daꝫ mẽbra fortiora alijs. Et
idẽ voluit dicere ẽt in capitulo signoꝝ ꝓximo cũ dixit.Et
signũ multitudinis spmatis solius.s.nõ cõiuncta multitu/
dine in toto de mã est vt nõ sit in corꝑe de dispositionibus
virtutis ⁊ multitudinis sanguinis aliq̃d de quo sit curan/
dũ.Et fortasse addit est cũ ea debilitas:verũtamen spma
multiplicat̃:⁊ pollutio frequens fit.Et qđ egredit̃ est plu/
rimum ⁊ debilitat corpus.Et istã cãm puto esse vnã fortẽ
cãm dispõnis istius.s.fortitudo mẽbroꝝ gñationis:⁊ non
ꝯiuncta in toto multitudine sanguinea:qꝛ ad eũonem vt
dictum est sequit̃ debilitas:ẽt ꝓpter ista mẽbra faciliter
intumescere:imo quasi ꝯtinuo ⁊ vigilãdo ⁊ dormiẽdo:vt
dicitur in scđo accidenti virga erigit̃:⁊ ꝑ aliqđ tp̃s sic ere/
cta manet.Et postq̃ꝫ mollificat̃ semꝑ aliquid q̃uis modi
cũ exit de spermate:imo additur in accidenti vltimo:v̓ga
etiam parata est valde ad erectionẽ:⁊ sic hoc totuꝫ videt̃
declarare caliditateꝫ ⁊ fortitudinẽ istaꝝ ꝑtium nãlem in
attrahendo.¶ Ad hoc ẽt suadet ꝯplexionẽ testiculoꝝ eẽ
calidaꝫ:qm̃ in actu venereo vt scribit̃ in penultimo acci/
denti dum cognoscit mulierẽ nõ facit longam moraꝫ ad
emissionẽ spermatis:imo statiꝫ expeditus est vbi ꝯplexio
frigida testiculoꝝ declarat̃ de tardo exitu seminis ⁊ pau/
citate eius de mente Rasis ⁊ Auic.in capitulis ꝓprijs de
signis ꝯplexionis testiculoꝝ.Declarat̃ etiã ex vehementi
desiderio ad coeundũ vt veloci:⁊ ꝙ eius erectio est fortis
vbi signa ꝯplexionis frigide sunt ꝯ̃ria.Neqꝫ ad opᵐ ꝯclu/
dat̃ ꝑ vnũ motiuũ qđ adducit̃:qm̃ ꝑcipiũt̃ testiculi fridi
⁊ v̓ga multũ calida.Dicat̃ ꝙ caliditas testiculoꝝ ẽt cali/
doꝝ in spẽ ꝓpria ꝯparata caliditati v̓ge tꝑe inflãmationis
⁊ tumescẽtie eius est remissa cũ fit intumescẽtia ꝑꝑ cele/
brãdũ coitũ:⁊ cũ possibilitate eius ⁊ ꝯñter ꝑcipiunt̃ fridi
respectu.s.ꝑceptiõis caliditatis ipsius virge:qm̃ caro testi
culoꝝ est glandosa in specie carniũ frigida:⁊ sic respectu
virge est frigida tꝑe inflationis virge ad coitum:qm̃ v̓ga
vt dicit.A.zo.tertij capitulo ꝑmo est cõposita ex pluribꝰ
arterijs supra hoc ꝙ ꝯuenit quantitati huius mẽbri:⁊ sic
iste arterie hñdant sanguine ⁊ spiritu ⁊ in hora erectionis:
repletis etiam vacuitatibus dicti mẽbri ex vaporibus ⁊
spiritibus calidis redditur membrum calidum magis q̃ꝫ
sint testiculi calidi.Et precipue qꝛ arᵐ ab operationibus
est efficax multum ad declarãdum supra complexionem
mẽbroꝝ.Hãc igit̃ existimo eẽ vnã ꝑcipuã cãm accidẽtiũ

ſcriptoꝝ:ſcđam cām exiſtimo eē vehemētēꝫ cogitatū ad
rē venereā vt ēt exiſtimaꝛ̄ ab alijs:⁊ nō minꝰ exiſtimo cāꝫ
coadiuuātē eſſe frequētē actū in ipſo actu venereo vľ tpe
vigilie vel tpe ſomni. Nam dicebat. A. 20. tertij caplo 2°.
Et vſus coitus ꝯfoꝛtat hoc mēbꝝ ⁊ facit ipſuꝫ lacertoſuꝫ
⁊ vigoꝛat ipſum:⁊ dimiſſio eius liquefacit ipꝫ ⁊ rarefacit:
Operatio nāqꝫ quēadmodū dixit Hipo. ingroſſat ⁊ dimiſ
ſio opationis liquefacit. Et hec cā facit cām primā eē vali/
dioꝛē: de qua dictū eſt ſupꝛa. Nā frequēs coitus:⁊ motus/
iſtarū ꝑtiuꝫ vltra attractionē facit nām vigilantē ad mul
tum tranſmittendū de mā̄ ſpmatica ad ľa membꝛa:⁊ ſi ſit
indigentia in toto: ſicut in ſimili eſt de lacte qđ abundat
in mamillis facta ſuccione ab infante vel aliter expſſione
vbi nō facta ſuccione minuiꝛ̄ lac. Nā ītantū facit talis at/
tractio vt ēt mollificatis ⁊ attractatis mamillis viri emit
tatur lac ab eis. Et ſimiľr dixit. A. 4° de animalibꝰ caplo
de diuerſitate ſanguinis inter aīalia: ꝙ capꝛa ꝑua antiqua
impingueꝛ̄ ꝯſtringanꝛ̄ eius mamille:⁊ poſt exit ſanguis ⁊
poſtea quaſi ſanies ⁊ poſtea exit lac: qđ eſt aquoſuꝫ dulce:
ſicut illud qđ exit poſt ꝑtum ⁊ nō pus:⁊ habebūt conū in
mamillis ſicut ille que pepierunt. Et addit ēt iaꝫ ꝯtingit ī
quadā ciuitate quā dicebant yma ꝙ caper ꝓpe virgā que/
dā hēbat addita menta ad ſimilitudinē mamillaꝝ:⁊ cuꝫ
fricabanꝛ̄: et exiuit tm̄ de lacte ꝙ factus eſt caſeus inde
⁊c. Ita ad ꝓpoſitū retoꝛquēdo vehemēs vſus coitus fecit
ad multitudinē ſeminis circa mēbꝛa generationis: lꝫ etiā
eſſet in toto īdigētia. Et iſtas exiſtimo cās hoꝝ accidētiū:
ꝓpterea q̄ꝛ dicta ſunt ſupꝛa. Neqꝫ credo debilitatē ꝯtenti
ue vaſoꝝ eē in cā huius nocumēti: qm̄ cū debilitate contē
tiue rara fit erectio: neqꝫ materia multiplicaꝛ̄: imo paula/
tine educiꝛ̄ ad opm modū ſcribiꝛ̄ in accidentibus. Et ideo
rōnabiliter magis credendū eſt foꝛtitudinē virtutis expul
ſiue eſſe in cā q̄ꝫ debilitatē ꝯtentiue p̄cipue cū actus ve/
nereus ſubito ꝑficiaꝛ̄ vt dictū eſt. ¶ Super his ergo tāq̄ꝫ
ſuper cauſis hoꝝ accidentiū reſtat fundare intentionem
curatiuā: que intentio ꝯpletur duobus ingenijs. ſ. dieta:⁊
alijs medicinalibus. ¶ Circa dietā qm̄ de habitudine to/
tius nō ſum per ſigna certificatus: idcirco non poſſum bn̄
dare regulā in electione aeris. Sꝫ quātū eſt ex ꝑte mēbꝛo
rum generationis dꝫ eſſe aer frigidus ad ſiccū declinās: vľ
ſtante habitudine ad colericū declinante: vt crediꝛ̄ nō in/
cōuenit ſi paꝝ aer ad humidū declinet. Et ſi nō habeatur
nāliter talis in eſtate rectificetur infundendo herbas fri/
gidas vt lactucas: endiuiā: poꝛtulacā: herbā coꝛiandri: iuſ/
quiami: floꝛū nenufaris:⁊ folia eius: roſas: arnogloſſam:⁊
hmōi. Et fiant odoꝛamēta frigida:⁊ maxime de floꝛibus
nenufaris: qm̄ tanta vis eſt ipſius nenufaris ꝙ nō tm̄ ra/
dix ⁊ ſemē eius ebibita abſcindūt fluxū ſemīs: ſꝫ ēt odoꝛ
floꝛis eiꝰ: vnde dicebat Rabbi moyſes: ꝙ nenufar habet
ꝓpꝛietatē in deſtruendo ſemen:⁊ ſic eſt ei ꝯ̄rium ꝙ odoꝛ
eius deſtruit coitū: qđ eſt ei ꝓpꝛiuꝫ in tractatu de coitu: cā
phoꝛa etiam ad hoc eſt precipui iuuamēti. ¶ Circa cibuꝫ
⁊ potū niſi eēt debilitas in toto habita tm̄ indicatione ab
exuberantia ſeminis ⁊ frequentia pollutionis cum tenſio
ne ⁊c. eſſet exhibenda dieta frigida ⁊ ſicca medicinalis ma
gis q̄ꝫ cibalis. i. ꝓm alteratiua ⁊ modici nutrimenti. Sed
qm̄ vt ſupponiꝛ̄ in caſu ſtat in toto indigentia nutrimen/
ti: opꝫ in hoc tempare regulā vt illa dimittantur que per/
nām ſuam multitudineꝫ coitus faciunt: vt ſunt ea que cū
plurimo nutrimento:⁊ cū caliditate ꝓuocatiua ſunt ven/
toſabilia. Sꝫ eligēda ſunt que q̄ſi ſunt tempata:⁊ que vel
nāliter vel artificio nō ſint faciliter fluxibilia:⁊ tādē ſunt
apponenda cū eis q̄dā: que ꝑ ꝓpꝛietateꝫ coitū minuūt. Et
ſm hoc viteꝛ̄ inter carnes ouine: pulline:⁊ columbine:⁊
cerebella q̄cūqꝫ:⁊ maxime colūboꝝ:⁊ paſſerū: q̄ valde ad
coitū faciūt:⁊ ſimiliter medulle oſſiuꝫ:⁊ oua columboꝝ:⁊
paſſerū:⁊ lac recenter mulſū. Et ex radicibus viteꝛ̄ cepe:
raffani: rape: napones: nā talia oīa plimū ad coitū faciunt.
Et inter herbas feniculus:⁊ aſparagi:⁊ mēta ī cā noſtra. ſ.
in cā fluxus ſpmatis ex debillitate ꝯtentiue: vel liquidita
te ſubſtātie ab auctoꝛibus comēdaꝛ̄. Nam dicebat. A. de
cura exuberationis ſpermatis ad finē. Et mēta quideꝫ eſt
farmacū notabile in ingroſſando ſperma:⁊ ꝯfoꝛtādo vaſa
eius ad retinēdū ipſuꝫ. Et inter ſemina vel grana ad coitū
facientia que ſunt in caſu dimittēda ꝓpter inflāmationē
quā addūt:⁊ extenſionē vſqꝫ in tertia digeſtione:⁊ ꝯn̄ter
ad venerē multū faciūt ſūt fabe:⁊ cicera:⁊ faſeoli. Et īter
fructus quo nocent in caſu ſunt ficꝰ pingues ⁊ recentes:⁊
ſicce: ſed magis ſicce. Nā ī eis eſt lacticiniū quoddā acutū
vt dicebat Aui. 18. tertij plurimū faciens ad expulſionem:
fiſtici ēt plurimū inducūt ad venereꝫ ⁊ vue ⁊ amigdale:⁊
pinee magne: nam ab oībus his cauenduꝫ eſt. Et inter po
tus nocet aqua mellis: ſed magis nocet vinū maxime al/
bum ⁊ potēs ⁊ acutū: imo dicit Rabi. ꝙ ipm ſua ꝓpꝛieta/
te que eſt in ipſo ꝯiuncta eſt excitans coitū:⁊ īplet venas
vapoꝛibus bonis: quapꝑ operatio eius ad coitū p̄cedit ope
rationē cuiuſcūqꝫ rei alterius. ¶ Hec igiꝛ̄ oīa dimittēda
ſunt:⁊ eligenda eaq̄ ad hoc inclinationē nō hn̄t. Et in hoc
fiat panis ex frumēto mūdo cū aliquali tm̄ furfure: nō ſit
ſalitus: neqꝫ nimis coctus in furno: ꝙ ſi fuerit āmoueanꝛ̄
ꝑtes ſicce. Et ſi apponereꝛ̄ 3a vel 4a ꝑs farine oꝛdei cū fa/
rina frumēti:⁊ pinſareꝛ̄ panis cū aq̄ decoctionis radicum
nenufaris eſſet in caſu nr̄o magis iuuans. ¶ De carnibus
eligantur carnes capꝛetoꝝ: q̄ oī tpe comedi pn̄t: vel carnes
vitule:⁊ eliganꝛ̄ de eis ꝑtes muſculoſe cū modica pingue/
dine. Et ſi decoquaꝛ̄ in eis aliqd de poꝛtulacis: vel de plan
tagine ad caſum erunt cōuenientioꝛes. Si ēt ex eis fiant
galatine ſimul cū decoctiōe pedū vituli: vel capꝛetoꝝ ſine
aceto: ſed cū modico vino granatoꝝ loco eius dimittēdo
ſpēs: maxime cinamomū. ℥ꝫ. ⁊ crocū: ſꝫ loco eoꝝ pōt poni
ad coloꝛificādū d̄ puluere coꝛalloꝝ ru. cū modico karabe:
⁊ ad ſapoꝛandū melius appōi pōt aliqd de puluere coꝛian
droꝝ p̄paratoꝝ ⁊ magis faciēt ad ꝓpoſitū nr̄m. Interdū
ēt diebus qbꝰ nō comeduntꝛ̄ carnes ꝑ legē pn̄t offerri oua
gallinaꝝ p̄cipue albaꝝ non in multo numero: ſed duo vel
tria ad plus ꝓ vice: q̄ anteq̄ꝫ decoquātur ſtent īfuſa in ace/
to cū teſta ꝑ quattuoꝛ vel. vi. hoꝛas: demū elixenꝛ̄ vel rum
panꝛ̄ ſꝫ arbitriū: ſed ſi elixenꝛ̄ cū teſta nō ſint nimis mol/
lia ſed ad ſpiſſitudinem aliqualr̄ inclinata. Uſus tm̄ caſei
pecudini ſiue vace recētis modiciſſimi ſalis nō ē diſcōue
niens. Ualent ēt aliqd piſces: maxime petroſi ꝑui. Et īter
ſemina ⁊ grana valent miliū ⁊ panicū ſi multū decoquan
tur. Item lac acetoſuꝫ factū nō eſt diſcōueniens. Item ad
impinguādū cibaria ꝯuenit ſingulariter oleuꝫ onfacinū
dimiſſo oleo magis pingui. Laudauit ēt Albucaſis ī. 26.
ꝑticula Azaraui: ꝙ ſi vtaꝛ̄ longo tpe pane cū oleo ſolum
ſupple nō exiſtente abominatiōe ad hoc eſt de deſiccātibꝰ
ſperma ⁊ auferētibus pollutioneꝫ. ¶ Inter fructus laudā
tur ꝑſica pira poma:⁊ reliqua gnā frigidoꝝ humidoꝝ vel
ſiccoꝝ. Et inter ꝯfectiōes viteꝛ̄ ꝯfectiōes mellite:⁊ facte
ex zucharo vniꝰ cocte:⁊ eligantur ꝯfectiones de zuccha/
ro alb. diſſoluto zucharo cū aq̄ poꝛtulace vel plātaginis:
⁊ abſynthij: vľ aqua decoctiōis citonioꝝ. Et ſi plꝫ vt aliqd
addaꝛ̄ vini granatoꝝ nō diſcōueniet. Potus eius ſit vinū
auſteꝝ nigrū mixtū cū aq̄ decoctiōis coꝛiādroꝝ prepato/
rū: vel ſe. nenufaris: vel poꝛtulace: vel aliquo hꝫ. Et ſi non
plꝫ aliqđ hoꝝ miſceaꝛ̄ cum aqua ferrata: plus tamen vel
minus ſm vini potentiaꝫ. Et ſi imponaꝛ̄ panis aſſus de re
centi in vino iuuabit ad intentioneꝫ. ¶ Circa motū:⁊ getē
dicaꝛ̄ cū. d. Auic. ꝙ motus mēbꝛoꝝ inferioꝝ eſt nociuus

qm̄

Dispositio hui⁹ venerabilis religiosi dicēda est morphea: ⁊ nō albaras: qđ ex mltis euidentijs auctorū declarari posset. Sed hec sufficiāt ad euidentiā: qm̄ mēbruʒ est sensitiuū ⁊ cū sensu: neqʒ cutis est aliqualiter deꝑssa. ⁊ cū h̄ acu pungitur exit subito sanguis: ⁊ sic declaratur: ꝙ nocumentū est in cute: ⁊ nō ꝓfundat̄ itrinsecus. Et hec est differentia vt ponebat ⁊ dicebat Aui. 7ª quarti caplo proprio. Inter duas morpheas ⁊ albaras vtraqʒ morphea est in cute: ⁊ si est profunda parum valde. Et albaras vt dixit est in cute ⁊ carne vsqʒ ad os. Et lʒ auctores cōiter ⁊ Auic. loco allegato posuerint tñ duas spēs morphee: quaruʒ vna est nigra: ⁊ altera est alba dicta alguadi: ⁊ ṗma est ex humore melācolico adusto pendēs: et altera dicta alguadi ex flegmate pendet vl' malitia in virtute imutatiua mēbri ꝯuertente nutrimētū: ⁊ si ꝯueniēs fuerit ad nām flegmaticā. Sicut ēt nutrimētū aliquotiēs ꝯuertit mēbrū aliqualiter ad naturā ipsius: vt est auctoꝝ sniā: qꝛ tñ vt visu ꝯprehēdi pōt hec feditas cutis dicta morphea: nʒ dicenda est morphea alba simpliciter: neqʒ nigra: cuius esse non ambigit̄. Nā in morphea alba est vera albedo ⁊ raro vel nunq̄ꝫ pruritus ꝯiungit̄: neqʒ velociter ⁊ sensibiliter surripit mēbruʒ neqʒ furfures: vel squāme resoluunt̄ a mēbro: cum nā flegmatica sit modice ipressiōis: ⁊ maxīe ad ducēdū hec accñtia: que tamē accidētia in hac dispōne ꝯiūgūt̄: vt ex narratione īfirmi ⁊ visu cōprehēdi pōt. Nam color declinat ad terreū ad citrinū declinātez: ⁊ iste macule augmētādo sensibiliter ꝓcedūt: ⁊ cōiungunt̄ in ea pruritus ⁊ furfures cutanee resoluunt̄: vt ipse narrauit. Ideo credo maxime ꝯfirmatus auctoritate. Açarauij illustris medici ponētis tres spēs morphee: quaꝝ vna ē: que assimilat̄ terre: alia nigra: alia alba. Et ex his que assimilat̄ terre dicit ipse: aut erit cū ea prurit⁹: aut resoluent̄ ex ea squāme similes furfurib⁹ tritici: vt ī casu nostro: aut erit plana ⁊ eq̄lis suꝑficiei corporis nostri. Itaqʒ et talis dispō neqʒ ꝓprie est pendens a mā melācolica: vt nigra morphea: neqʒ ex flegmatica alba: sed ex humore ṗncipal'r colerico: vel sanguine colerico. ⁋ Et ita q̄tum ad curam opʒ habere intētionē ad causam acutam ṗncipaliter euacuando coleram rubeam. Et in regimīe declinādo cū his: que generāt bo^m sanguinē: maxime cum cibis declinātib⁹ ad friditatem ⁊ humiditatē: abstinēdo a calefacientib⁹ ⁊ exiccantibus: vt sunt oīa acuta haurachia: vt allea: porri: cepe: ⁊ raffanus: ⁊ oīa salsa: ⁊ oīa calefacientia fortiter: vt spēs acute: ⁊ herbe amare: eruca: rutha: ⁊ similia. Uitando ēt omnia acetosa acetositate acuta: vt acetuʒ vini acuti: dimittēdo ēt vina potentia. Et in modo ꝑparationis ciboꝝ dimittēdo assata: ⁊ eligendo elixata: ⁊ vtendo cibis isipidis: vel aliqualiter ad remissum dulce declinantibus. Et cum hac regula gñali poterit ipse discurrere ꝑticulariter in regmīe cibi ⁊ potus. Dimittat ēt exercitium laboriosum ⁊ nimium motū: ⁊ nimias vigilias: ⁊ aerē calidū inflāmatiuū: ⁊ omnes animi passiones inflāmatiuas maxime iram.

⁋ Sed circa medicinalia obseruet̄ regula: ꝙ singula die hēat lenitionē ventris: vel nāliter: vel artificialiter: vt cū suppositorio vel clisteri cōmuni cū oleo violato pro ꝑte. Consequēter omni ebdomada sumat bis. ʒ. vi. aque casei in qua steterit in infusione per noctē: epithimi puluerizati. ʒ. i. ⁊ sumat̄ cuʒ substantia epithimi. Et postea singulis. xv. dieb⁹ sumat potionē vt infra. ℞. mirabolañ. citrinoruʒ. ʒ. ij. indoꝝ. ʒ. i. polipodij. ʒ. i. ß. epithimi floꝝ boraginis ⁊ buglose. añ. ʒ. ß. passulaꝝ. ʒ. ij. ifundant̄ oīa in aqs lupuloruʒ endiuie: ⁊ fumiterre. añ. ꝙ sufficit ⁊ facta expressione post. xij. horas addat̄ collature dyacatolicōis. ʒ. ß. lapidis laçuli ꝑparati. gra. ij. misce. Postea laudo si vrine decliauerint ad rubeum: ⁊ alias apparet mixtio humoꝝ cū sanguine: ꝙ fiat leuis flōmia de basilica educendo. ʒ. q̄ttuor sanguis faciēdo orificiū latū. Naʒ lʒ flōmia in cura morphee alguadi: ⁊ flatice nequaq̄ꝫ cōueniat: tñ in hac spero multū ꝯueniet: sicut ēt aliqñ ꝯuenit in cura morphee nigre. ⁋ Laudo ēt aliquotiēs. s. bis ī ebdomada sumi. ʒ. i. ß. pro vice de trifera minore. Et hoc fiat vsqʒ dū appeat corpus mundū intrinsecus: qđ cognoscet̄ ex inspectione vrinaꝝ: ⁊ ex alijs opationib⁹ nālib⁹ incolumib⁹: ⁊ ex somnijs laudabilib⁹. Nā dicit Aui. Et cū corp⁹ est mundū ⁊ ꝯplexio corporis est equalis: tūc dimitte medicinas que bibūtur: qm̄ ipse fortasse afferēt nocumētū ⁊ maius illis est: ꝙ ipse faciūt fluere sanguinē. i. paucificāt eū: ⁊ minorāt spiritū: que ambo sunt de illis q̄bus indiget̄ in curatōe. Opʒ igit̄ tūc stante corpore puro: vt intendam⁹ circa mēbra extrinseca ꝓuocādo sudorē apiendo porros ⁊ ꝯuertēdo sanguinē bonū ⁊ spiritū ad exteriora. Ideo fricatio mēbroꝝ exterioꝝ in ꝑtibus maculatis ante duas horas ab assumptione cibi hora: qua nutrimentū transit ad mēbra: ⁊ sanguis est in semita recōdēdus est multū ꝯueniēs: facta aliqualiter laboriose cū pāno lineo: ⁊ de grana forte melli⁹ erit. Intrare ēt stuphā bis in ebdomada hora dicta ad sudorē ꝓuocandū est multū ꝯueniens. Et postq̄ꝫ sudauerit sufficiet: vt intret lectū calidū. Et fiat fricatio supra ꝑtes maculatas cum oleo spice: ⁊ oleo de rutha. Et in processu cū ista ñ sufficiūt pōt addi paꝝ pipis ⁊ sinapis. Et postea si placet pōt fieri epithima magl attrahēs: vt ifra. ℞. cor

ticũ radicũ caparo.ʒ.ij.semis raffani.i.cicuta armel.seis
nasturcij.an̄.ʒ.ß.ꝯdisi.℈.ß.oīa cũ aqua ruthe icorporent̄
ꝛ modico succi cepe:ꝛ ex eo fiat epithima circa ptes ma-
culatas.Et si ptes vesicent̄:tũc dimittat̄ ꝑ duos vel tres
dies vsqꝫ dum sanent̄.Postea fiat iterata fricatio.Si ēt
ptes multũ rubescãt tardet̄ ꝑ diē:ꝛ postea renouatio itere
tur.Creta ēt cũ aceto ꝛ modico sal' si supponat̄ postq̃ȝ exi
uerit balneũ ē efficax remediũ.Et cũ his spero curabitur
si deus voluerit.Et his sum contentus.

¶ De saphati ꝛ scabie pro vno ianuēse. Cõsiliũ. CV.



IN casu hui⁹ amici:q est mala cõplo nãlis
calida ꝛ sicca ex salso flegmate cũ debilita
te vnius ptis menti versus maxillã. Intē-
tio ꝑncipalis q̃ vertit̄ i regimie sex rex nõ
nãliuz est infrigidatio aliqual' ꝛ humecta-
tio.¶ Idcirco ꝑmo in regimie aeris eliga
tur aer aliqual'r ad frigidũ ꝛ humidũ ꝺcli
nãs.Nõ ꝑpea eligat̄ aer grossus ꝛ turbulentus ex mixtio
ne vapox grossox ꝛ turbulētox:q sit facile putrescibilis.
Et sic euitet̄ aer stagnox ꝓpinqu⁹:vel locox paludosox.
sed sit aer clarus ꝛ subtilis:aliqual'r tñ frigidus:vt dcm̄ ē.
Et qm̄ tpe estatis sit aer ꝯrie dispõnis tpib⁹ suas nãs ser-
uantib⁹.ideo ꝯueniret aerē ꝓpriuz rectificare.s.aerē ꝓpe
camere:que tñ sit artificial'r fabricata cõstituta iter duo
solaria:cuius fenestra sit ab oriēte vel septētrione:ꝛ si due
fuerint esſʒ ꝯuenienti⁹.Rectificet̄ igit̄ aer tpe estatis cũ
aspsione aque per camerã:ꝛ cũ folijs salicũ vitũ lactuca-
rũ ꝛ hꝰ aspsax cũ modico aceti ꝛ aq̃ frigida:vel cũ suffu-
migio facto ex corticib⁹ pomox redolētiũ ꝛ sãdalis citri
nis violis ꝛ hmõi.Et ex hoc habetur regula:vt euitãdus
sit qlibꝫ aer calidus siccus inflãmatiuus:ꝛ hoc de aere.
¶ Circa cibũ ꝛ potũ ꝑmo de cibo dicat̄:vt euitandus sit
qlibꝫ cib⁹ acute qualitatis:iflãmabilis ēt:vel adustibilis:
siue hoc sit merito manifeste q̃litatis:vt sunt porri:cepe:
allea:spēs:vina potētia:siue merito modi substãtie vt lac.
Uehemēter ēt dulcia sũt vitãda ꝓpter ipsox facilē ꝯuer
sionē ad nãꝫ igneã.Cibi ḡ qui cõueniũt sint mediocriter
faciliter digestibiles ꝛ boni nutrimēti:q2 maxie itētio in
qualꝫ mã adusta est humectatio.Sit ḡ ei⁹ panis ꝑ de tri-
tico bñ mũdo nõ indurat⁹:neqꝫ nimis recēs:ꝛ si cũ eo po
neret̄ tertia ps ꝺ farina or.ꝯueniret.Nõ sit ēt panis vst⁹
nec salsus.Inter carnes ꝓcipue valēt carnes pullox cap-
tox vitulox ꝛ castratox satl iuuenũ.Ualēt ēt ꝑdices tur
tures:vitent̄ q̃lee ꝛ pipiões ꝛ reliq̃ aues calide.Brodium
hax carniũ nõbiliter ēt vꝫ siue ꝑ se sumat̄ siue cũ pane co
cto siue cũ pane infuso vel qũolibꝫ aliter.Inter pisces cõ
ueniũt singulariter pisces petrosi ꝑui vel ēt mediocr̄ q̃ȝ-
titatis sqamosi in aquis claris ꝛ dulcibus reperti:mari-
timi ꝛ saliti minus ꝯueniũt.Inter herbas laudant̄ spina
chia:borago:buglosa:lactuca:cũ modico feniculi:vel sal-
uie:ēt aliq̃ue modice bletes ꝯueniũt.Legumina oīa sunt
vitãda ēt quõcũqꝫ fiunt per artificiũ difficilis digestionis
vt assature cibaria de pasta grossa ꝛ hꝰ.Uinũ ꝟo eius sit
subtile:mediocris ꝟtutis:mixtũ tñ cuꝫ aqua decoctionis
çucchari:ꝛ h̄ circa regimē de cibo ꝛ potu.¶ Circa motũ
ꝛ quietē breuiter dicat̄:ꝙ tꝑatum exercim̄ cõuenit:ꝛ ma
xime factũ hora cõueniēti:vt euãto vētre a supfluitatib⁹
cõib⁹.s.in mane an̄ prandiũ ꝑ horas duas vl' horã tm̄:sil'r
an̄ cenã:nõ sit tñ laboriosuz ꝛ calefactiuũ ꝛ plurimũ iflã-
matiuũ:sed vsqꝫ ad calefactionē manifestã exclusiue ter
minet̄.et hoc siue fiat pedes siue eques:ꝛ hec de motu ꝛ
qete.¶ De sõno ꝛ vigilia dicat̄ ꝙ cõuenit moderata dor
mitio:ad ampli⁹ tñ ꝺcliclinãdo q̃ȝ ad min⁹:ita ꝙ dormiat

saltē septē horis de nocte.Qꝺ si ꝑꝑ aliq̃ȝ cãm dormire nõ
potuisset tolerabil' est diurna dormitio:nõ tñ ad dormiē-
dũ se ponat:nisi ad min⁹ trãsactis duabus horis ꝺ cena ꝛ
de prãdio:nec multũ calefiat caput cũ exteri⁹ applicatl hi
retis vl' alijs hꝰ:ne caliditate capitis eleuent̄ vapores ad
faciē:q sunt cã nocumēti.Sit tñ decēter caput cooꝑtũ:ne
aeris friditate nimiũ ledat̄ ꝛ ꝯñr vapores iferius ad mē-
tũ reflectãt̄:nõ dormiat ēt in lecto nimis molli ꝛ tenero:
vñ mēbra calefiũt sꝫ mediocri.¶ Circa ianitionē ꝛ reple
tionē sũmarie dicat̄:ꝙ vtraqꝫ magis debito fcã nocēt:re-
pletio qdē ꝑ hoc ꝙ digõnē debilitat:ꝛ supfluitates multi
plicat ꝛ vaporationē ad caput educit ꝛc̄.Inanitio ꝟo ꝑ h̄
ꝙ eam sequit̄ humox exacuitio ꝛ iflãmatio:ꝛ ꝯñr ipsox
adustio.Per repletionē ãt gñari hũores frigidos in ꝓpa
spē:qꝺ laudo plus eqdē equal'r ꝺ cibo sumēdũ q̃ȝ ꝟtuti ꝓ
portionet̄.Idcirco laudo:vt magis a mediocritate decli-
net̄ ad grossaꝫ dietã q̃ȝ ad tenuiorē.¶ De accidētib⁹ autē
animi:vt vno ꝟbo dicat̄:oīa talia imoderate nocēt maxi-
me furor vl' iracũdia:imo a toto gñe sunt nociua.gaudiũ
aũt ꝑ h̄ ꝙ ꝟtutes corroborat nãles plurimũ ē comēdãdũ
Et hec sint dicta q̃ȝtũ ad regimē sex rex nõ nãliũ.Addē-
do ꝙ circa coitũ practicet̄ textus.d.A.7ª.q̃rti tracta.3° cũ
dixit in ca° de scabie ꝛ pruritu.Et trahi põt ad casuꝫ nr̄m
q2 est ꝓportional' illi.Et dimittãt coitũ oīo:coitus.n.mo
uet mãs ad exteriora ꝛ excitat vaporē calidũ putridum
venientēꝫ ad ptē supficiei cutis:quare putrefacit illic ꝛc̄.
¶ Circa medicinalia due insurgũt intētiones ꝑncipales.
Una.s.ad rē an̄cedētē.Alia ad ꝯiunctã.Circa aũt an̄cedē-
tē ꝑ ꝯuenit euo q̃dã minoratiua:deinde adequatio mãe:
ꝛ digõ eiusdē:ꝛ postremo ipsi⁹ mãe eradicatio.Circa ꝯiũ-
ctã ꝑ° ꝯuenit abstersio mãe ibidē ꝓter nãm collecte.scꝺo
mēbri ꝯfortatio:ꝛ fluxure mãe ꝓhibitio.¶ Pro expedi-
tione igit̄ ꝑmi ꝑmo laudo exhiberi potõeꝫ vt ifra.℞.cas
sie piguis nouiter extcte.ʒ.i.dyacatholicõis.ʒ.ß.cũ ꝺcoctio
ne buglose violax ordei iuiubax passulax:ꝛ boragis qꝺ
sufficit fiat potio.Sumat̄ in mane ꝑ horã an̄ diē:postq̃ȝ nõ
dormiat:sꝫ qescat in lecto ꝑ horã ꝛ tãdē moret̄ sex horis i
obscuro deãbulãdo vsqꝫ ad ꝑfectionē medicie hui⁹ leuis.
deide sumat prãdiũ leue:ꝛ illa die nõ nõbil'r exercitet̄.
Sequētib⁹ ꝟo dieb⁹ duob⁹ iterposita vna die qetis lau-
do vt i mãe sumat.ʒ.v.seri capri cũ.ʒ.i.epithi.Si ēt sume
ret̄ ꝺ succo fumiter.scabiose ꝑꝫ mom̄:vt ifra:erit ꝯueniēs.
℞.succi fumiterre i sero expssi ꝛ mane facta residētia co-
lati.ʒ.iij.succi scabiose sil'r ꝓpati.ʒ.i.scene.ʒ.ß.çuccari.ʒ.ij.
misce:ꝛ sumat̄ ēt ꝯtiuatis duob⁹ dieb⁹ post serũ caprinũ.
et ex his ꝯplet̄ sufficiēter intētio ꝑª:que ē ꝓpe mãe mio-
ratio.Quãtũ ꝟo ad digõnē mãe ꝛ eq̃tionē ei⁹ laudo vt fi-
at syrupus vt ifra.℞.syrupi vio.de ifusiõe violax.ʒ.ij.sy-
rupi de fumoterre ꝛ oximellis simplicis.an̄.ʒ.ß.cũ aqs en
diuie lupulox boraginis ꝛ scabiose.an̄.ʒ.i.ß.misce ꝓ dua-
bus vicib⁹.Et istũ syrupũ icipiat sumere post supradicta
iterpollatis duob⁹ vl' trib⁹ dieb⁹ vel qbus nihil sũmat:et
ꝯtinuet̄ supradict⁹ syrupus.v.vl'.vi.vicibus.Et si hoc tē-
pore ꝑꝑ eliquationē humox ꝛ aꝑtionē opillationũ vide-
rent̄ ingrossari vrine:ꝛ ad rubeũ ꝺclinare laudarē:fieri le
uē flõmiã de basilica brachij dextri euãndo vsqꝫ ad q̃ȝti-
tateꝫ.v.vel ad plus.vi.vnciax sanguis:nec aliquo pacto
trãscendat̄ ad flõmiã magis copiosaꝫ:qm̄ in hoc casu ꝛ si-
milib⁹ pēdētib⁹ a mã adusta ꝛ grossa vel indurata copio
sa flõmia plurimũ nocet.Et in his ꝓcipue tꝫ can̄.dñi.A.ꝙ
partire flõmiã melius ē ꝛc̄.¶ Quib⁹ tñ exhibitis syrupis
deueniēdũ ē ad aliã intētionē:que est euo mãe magis era
dicatiue:ꝑ qua ꝑmo laudo potõeꝫ vt infra.℞.mirabola-
nox citrinorũ.ʒ.iij.kebulox ꝛ indox.an̄.ʒ.i.infundat̄ in
aquis lupulox fumiterre:endiuie:decoctiõis passulax ꝛ
ligritie

ligritie per .x. horas: deinde fiat eius expssio ⁊ collatura: cui collature addat̃ dyacatholicõis .ʒ.ſ. ꝯfectiõis amecb. ʒ.ij. ſyrupi vio. ʒ.i. misce. ⁊ fiat potio. Possem⁹ ẽt ⁊ esset fo2te ꝯueniẽtius in dicta medicina subtrahere .ʒ.i.ſ. mirabolanoꝝ citri. ⁊ addere .ʒ.i. reubarbari in ĩfusiõe cũ modico spice. Et si placet in forma pillulata: ⁊ nõ in potiõe sumat pillulas: vt ĩfra. ℞. pillaꝝ de fumoterre. ʒ.ij. pillaꝝ aurea꞉ q̃ istã mãꝫ ꝑpe respiciũt ⁊ aggregatiuaꝝ. añ. ʒ.i. cũ sirupo viol. fiãt nũero .vij. Et sumat̃ aliq̃ istaꝝ medicinarũ ſꝫ formã sup⁹dictã de alia medicĩa: saluo q̃ cõuenit ad quãlibꝫ istaꝝ dormire p horã: post quas vl' alterã eaꝝ sumat̃ ꝯfectio: vt ĩfra. ℞. dyabuglosati .ʒ.i. çuccbari ros. ʒ.ij. misce. ❡ Ad hãc ẽt solutionẽ valẽt pille de fumoterre q̃s ꝓposuit .d. Auic. in .c. de scabie ⁊ pruritu sumědo .ʒ.i. vsq3 ad .ʒ.iiij. ſꝫ formã dictã in reliq̃s medicis. ❡ Facta aũt euõne eradicatiua ⁊ geta virtute p duos vel tres dies ꝯuenit exhibitio alicui⁹ sirupi lõgi vel decoctiõis: in q̃ sil' sit v̄tus digestiua ⁊ eũatiua. Et ad hãc intẽtionẽ valꝫ ꝑcipue decoctio de mirabolanis: quã posuit .d. Mes. in distĩctiõe nona nõ apponẽdo turbith: neq3 agaricũ: que ſꝫ aliquos ĩtrãt illã decoctionẽꝫ: ⁊ ꝑcipue si fiat decoctio in aq̃ casei. In hoc ẽt casu põt fieri sirup⁹ alter solutiu⁹ ⁊ digestiuus: vt ĩfra. ℞. succi fumiterre cocti ⁊ colati p .ij. succi boraginis sil'r ꝑparati .p.i. in colatura ĩfundant̃ mirabolani citri. ponẽdo p q̃lꝫ libra succi .ʒ.ſ. mirabol. epithimi .ʒ.ij. p tres dies ⁊ tres noctes. Deĩde facta expssione ⁊ colatura sirupiçet̃ colatura cũ çuccbaro al. ⁊ fiat sirup⁹ lõgus: q̃ per se sumi põt: vel cũ sero caprino: ⁊ aliquot dieb⁹ ꝯtinuet̃ ẽt cũ his tota mã vel fere tota eradicari poterit ꝯplebit̃ itẽ tio: q̃ erat mãei eradicatio. ❡ Facta ergo euõne ad mem broꝝ alteratiõnẽ põt fieri ꝯfectio: de qua vtat̃: vt ĩfra. ℞. çuccari ro. ʒ.ij. dyabuglo. ʒ.ſ. spẽꝝ triasandaloꝝ rosate nouelle. añ. ʒ.ſ. ⁊ cũ sirupo de fumoterre fiat ꝯfectio. Possemꝫ etiã facere ꝯfectionẽ in forma ꝯfectõis solide: vt ĩfra. ℞. spẽꝝ dyarodõ abbatis .p.ij. spẽꝝ rosate nouelle .p.i. spẽrũ trifere saracenice quartã ptẽ: ⁊ cũ çuccaro dissoluto in aq̃ buglose ⁊ fumiterre: q̃d sufficit fiat ꝯfectio solida: prima tñ ꝯueniẽtio2 est in estate: ⁊ de isto vti põt in toto ꝓcessu egritudinis etiã a principio: licꝫ magis cõferat facta mundificatiõe. ❡ His tñ oib⁹ sic ꝑfectis: iaꝫ veniẽdũ ad extriseca localia: pͥmo mũdificatiua ⁊ abstersiua: deĩde cõfortatiua: vt postq̃ sit mẽbꝝ ad dispõnẽ in supficie velut nãlẽꝫ reductũ ꝓhibeat̃ recidiua similis dispõnis. Et circa h maxie laborãdũ: q2 ꝑpter tp̃is diuturnitatẽ illi mẽbro mala ꝯplexio facta est velut nãlis: ⁊ iõ ĩdiget ẽt diuturna medicaminũ applicatione ad illam remouẽdam. ❡ Laudo tñ anq̃ veniam⁹ ad fortia abstergẽtia ⁊ mundificãtia humectare mãꝫ: ⁊ equare ꝯplexionẽ ei⁹ rarefacere ẽt mẽbꝝ ⁊ ꝓuocare mãꝫ ĩter cutẽ ad extra. Et hoc ꝯueniẽter fit cũ q̃busdã euaporatiuis ⁊ balneis. Fiat igit̃ balneũ: vt ĩfra. ℞. fumiterre scabiose lapacij acuti camedreos cẽtauree. añ. M. iij. bulliãt in aqua debite quantitatis: vt sex vel octo situlaꝝ aliquot bullitiõib⁹: ⁊ si cũ mã salsa ꝯiungeret̃ multũ de colera põt addi in decoctiõe d̃ boragine maluis violis nenufare ⁊ h̃: ⁊ sup fumo dicte decoctiõis ĩclinata faciẽ: ⁊ lintheo coopta vapo2et̃: ita vt sudet: si possibile est: ⁊ h fiat duob⁹ dieb⁹ vel trib⁹. Istud ẽt ꝯuẽiret si ĩ toto eẽt dispõ scabiosa facere toti euapo2ationeꝫ talẽ: vt totũ co2p⁹ sudare possit. Hoc ꝯueniẽter fiet si de dicta decoctiõe calida ĩpleant̃ due olle: etiã cũ dictis herbis: ⁊ ponant̃ ex vtraq3 pte lecti: ⁊ lintheo magno cooperiat̃ patiẽs ĩtroclusis dict' ollis: ita vt sudet: deĩde fiat exiccatio cũ panno lineo tepido: tñ laudo: vt oculi ligent̃ pri⁹ cũ binda supposito modico coti oculis: ne ille vapo2 ad oculos attingat. Post h ad abstergendũ ⁊ exiccãdum

mãꝫ valꝫ epithima cũ vrina ꝓpria: ad hoc ẽt valet decoctio pulegij. Tandẽ ad hãc ĩtẽtionẽ põt fieri vnguẽtũ in forma: vt ĩfra. ℞. olibani argẽti viui extincti cum saliua hominis ieiuni: cere albe olei laurini. añ. ʒ.ij. salis cõis ad põdus oĩum assungie porcine. ʒ.i.ſ. sal terrat̃ subtiliter: ⁊ olibanũ cũ assungia ⁊ cera lique fiãt: ⁊ oĩa sil' bene misceãtur: ⁊ erit vnguẽtũ bonũ in casu nostro. In hoc etiã valet vnguẽtũ cũ alleis minutissime tritis: ⁊ cũ assungia porcina bñ mixtis in forma marã. ❡ Ad hãc ẽt intẽtionẽ valꝫ vnguẽtũ singulare: q̃d fecit dñs Mesue in antidotario distinctiõe .xi.ª descriptiõe vltima. Ad ip̃m recurrat̃: q2 vtilis est: neq3 ꝑpter breuitatẽ ip̃ꝫ hic adducã. Et iste hic adducte descriptiões ẽt valerẽt: vbi co2p⁹ totũ eẽt scabiosuꝫ q2 mã vt plurimũ apparẽs in scabie ꝓpo2tionalis ẽ huic. Unũ tñ hic ꝯmemoro: q̃ si co2p⁹ totũ fuerit scabiosũ: nõ fiat iunctio ex vnguẽto ꝯtinuatis dieb⁹: sed saltẽ fiat interpollatio per diẽ. Et cũ hoc diligẽter aduertat̃: q̃ ꝯuenientius curet̃: ⁊ citi⁹ si nõ totũ co2p⁹ vngat̃: ſꝫ solũ quedã mẽbra tñ: vt ptes rare vngant̃: vt ptes manifestaꝝ iũcturarũ dimissis iuncturis apud emũcto2ia. Ungant̃ igit̃ brachia in curuatura cubiti: ⁊ in curuatura rasete man⁹: ⁊ sub genib⁹: ⁊ in ꝯiunctiõe pedũ. Neq3 ꝑpterea si appareret in pͥmis dieb⁹ scabies multiplicari est differẽdũ: q2 hoc sepe euenire solet ẽt rõnabil'r: maxie co2pe nõ existẽte ꝑfecte mũdo. In casu ẽt nostro si per longitudinẽ mo2bi debilitata digestiua assimilatiua mẽbri colo2 mẽbri esset alteratus iam ꝑfecta facta mũdificatione ⁊ abstersione mãe fiat linimẽtuꝫ super locũ: vt in fra. ℞. stafisagrie myrrhe fecis vini rubee tinctoꝝ emathitis aluminis. añ. terrãtur subtiliter: ⁊ cuꝫ aceto sepe locus liniat̃ donec colo2 super locum naturalis retineatur. His sic oĩbus ꝑfectis postremo pro complẽda vltima intentione: vt cõfo2tatiõe mẽbri fiat: vt ĩfra. ℞. mucillaginis dragagãti ⁊ citonioꝝ. añ. ʒ.ij. olei citonioꝝ ⁊ masticis. añ. ʒ.ſ. sandaloꝝ citri. lapidis emathitis. añ. ʒ.i. cum modico cere fiat vnguentuꝫ: de quo fiat iunctio. Possem in hoc remedia multiplicare sed cũ laude altissimi ad pñs bene sufficiet.

❡ De scere siue pustulis quibusdã rubeis subito apparẽtibus ẽt subito euanescẽtib⁹. Consi. CVI.



Et si vt firmiter teneo in casu huius specta tissime iuuenis annoꝝ .xiiij. vel circa sapienter ⁊ prudentissime ꝯsultũ sit: ita q̃ a me dignuꝫ nihil addi possit: tamẽ vt satisfaciam reqͥsitioni clarissimi Ciuis Januẽ. dñi Octauiani vinaldi genito2is sui pauca quedã: sed electa magis quo ad potero in casu cõferentia subyciaꝫ. Et quoniã vt medicoꝝ ꝑnceps Gal. io⁹. terrapẽtice scripsit. Cura enim sicut diximus circa cognitionem ⁊ ꝓnosticationeꝫ sequitur. Ideo de quiditate passionis pͥmitus pertractando: credo ego ex accidentibus scriptis cuꝫ iudicio prestãtissimi ⁊ clarissimi docto2is. M. Antonij de nouis: q̃ egritudo hec vel accidẽs ꝓpri⁹ ad capituluꝫ sere reduci possit: q̃ ad aliud capitulo ruꝫ. Naꝫ si herisipilla fo2et aut pura: aut flegmonides nõ sic subito remoueret̃: cũ quelibꝫ talis sit egritudo mãlis licꝫ a mã subtili in supficie pendẽs extẽsa. Si igitur talis rubo2 ⁊ inflãmatio nõ ampli⁹ durat q̃ p quattuo2 ho2as q̃q̃ etiã nõ sit modicã co2po2is ptẽ occupãs: sed magnã neq3 sit notabilis eleuatio cutis. Ista tñ vt arbitro2 non sunt in casu essentialiter necessaria: ⁊ si vt multũ ꝯtingat. Naꝫ in fine capituli añ curã dixit. Et cũ sere inuadit locũ amplũ ⁊c̃. Ibi videt̃ colligi q̃d aliq̃ñ tales inflatiões: siue pustule magnũ locũ occupãt: ⁊ q̃ñocũq3 sit: nõ v̄r: q̃ talis

apparētia ab alia cā pendere posset: q̄z a vaporib⁹ colericis cū aliquali permixtione vapoꝝ sanguineoꝝ: ꝙ manifestat rubedo clara cum pruritu ⁊ angustia ⁊c̄. potissimū cōcurrentibus naturali complexione sua: ⁊ dispositione viduitatis ⁊ reliquis: de q̄bus in casu copiose scriptuz est.
¶ De administratiōe igit̄ regiminis aeris breuiter ⁊ stricttim p̄mo circa aerem hoc ꝑcurrēdo. In electione vitet̄ aer siccus calidus ⁊ inflāmatiuus: et eligat̄ ad frigidum ⁊ humidū aliqualiter declinās. Tempore igitur estatis est habenda preci⁹ cautela: vt quietetur in loco frigido: ⁊ aula frigida: ita vt camera sue habitationis sit a septētrione discoopta: ⁊ ex eadē parte fenestram habēs. Et si ꝯtingat exercitari fiat in hora tēperatiori: vt ī mane ⁊ in sero.
¶ Et ex hoc inferat̄: ꝙ tp̄e noctis: vel in tp̄e nō ītensi caloris nō stet nimis coopta pānis circa dorsuz: neq̄z dormiat sup̱ lecto moli: vel calido: sed sit lectū ex coto: ⁊ nō lana vel pluma ꝯstructū. In regimīe cibi talis ordo seruet̄. Cauendū ab oībus cibis inflāmabilib⁹: vt acutis amaris salsis: ⁊ fortiter dulcib⁹. Et sic vitāde sunt species: cepe: porri synapis: allea: rutha: ⁊ h⁹. A vinis q̊q̄z potētib⁹ ⁊ ab aceto: p̄cipue a ꝯfectōib⁹ cauēdū ē: ⁊ ēt ð melle. Carnes ēt auiū mōtanaꝝ ꝑuaꝝ vitāde sīt̄. Inter carnes valēt carnes edi p̄cipue ⁊ vituli lactātis: pulloꝝ ēt iuuenū: ꝑdicū: ⁊ turtuꝝ. Carnes ēt agni cōueniūt: carnes ēt limaciaꝝ: ⁊ ericij singulariter: qm̄ vltra qualitates māifestas sunt appropriate epar rectificātes: pisces ēt petrosi parui aque dul. valēt Genera quoq̄z conchiliū: ⁊ aliqui bene cocti: ⁊ optime masticati: ⁊ in preparatiōe hoꝝ general'r elixata magis placent q̄z assata. Inter herbas sunt lactuca endiuia borago tarasacō: endiuia siluestris: spinachia: portulaca cū aliq̄bus bletib⁹ dimittēdo maiorană: saluiā: ⁊ reliq̄ aromata.
¶ Pro alijs ferculis cōpetit milliuz: panicū: simila bene cocta far frumēti abiecta prima elixatura: far etiā ð spelta nō incōuenit. Sed quādo carnes non comedunt̄ de leguminib⁹: p̄cipue ꝯueniūt lentes ēt optime decocte abiectis primis decoctionib⁹ duab⁹. Idē dico de caulib⁹ itelligendū esse. Oua etiā ifusa in aqua cū albumine comesta superasperso modico vini granatoꝝ: vel agreste nō incōueniūt. Si etiā fiat mixtura ouoꝝ cū caseo iuuenili non salito: vel modici salis nō incōueniet. Sz precipue cauēduz a caseo veteri ⁊ salito. In fructib⁹ vitent̄ singule fic⁹ ⁊ fistici auellane: ⁊ amigdale: ⁊ vue passe: pira: ⁊ coctana: satis ꝯueniunt. Poma etiā satis solide substātie: sz aquea ⁊ humida nocēt. Uinū sit nigrū ponticū vel stipticū modice vinositatis: ⁊ acerbū: mixtū ēt cuz aqua decoctionis coriādroruz vel prunoꝝ ⁊ tamarindoꝝ. Ista obseruatio in cibo ⁊ potu multū ꝓficiet. ¶ Circa motū ⁊ quietē breuiter cauēdū a motu laborioso: precipue si fiat post repletionē: cōuenit tn̄ aliquale exercitiū ante prādiū ⁊ cenaz: tardādo tn̄ per horā post exercitiū anteq̄z cibus sumat̄: ⁊ fiat expulsis superfluitatib⁹ cōibus ⁊ nō aliter. ¶ In sōno vero regula obseruet̄: vt ꝙ somnus equet̄ vigilie quātum ad tp̄s: vel saltē dormiat in die nāli. ⁊ si dormire nō possit saltē qescat. ¶ Repletio ⁊ inanitio magis nā̄ facta sunt mala. i. nō excedāt cōem ordīnē inanitiōis ⁊ replōnis. Jeiuniū tn̄ hic est maxīe nociuū: qm̄ hic ad inflāmationē ducit. ¶ Circa accidētia aīe cauēdū ab ira: p̄cipue a sollicitudine ⁊ curiositate: gaudiū in hoc casu non multuz laudat̄: tristitia cōueniētior est. Et hec sufficiāt quantuz ad regimen sex rerū nō naturaliū. ¶ Circa mediciālia veniēdo: obseruata vētris lenitione si nō est facta flobothomia laudo fiat de basilica dextri lateris. Postea ꝑ quatuor vel q̄nq̄z dies fiat flōmia de saluatella: q̄ est iter digitū minimū pedis ⁊ anularē. Et talis flōmia multuz cōprobata est humorib⁹ inflāmatis ⁊ adustis: ⁊ ab egritudinib⁹ ab eis depēdentib⁹. Si tn̄ nō debite purgaret̄ ꝑm mēstrua magis laudarē flōmiā saphenaꝝ: vt venaꝝ postaꝝ in pede in ꝑte ītrinseca apud cauillā. Quia tn̄ egritudo hec actual'r ex vapore depēdet: vt supponim⁹ de mēte dn̄i Auic. p̄ᵃ tertij in ca. de canonib⁹ vl'ib⁹: ⁊ hr̄ can. ⁊ regula: ꝙ replō vaporosa maxīe iuuat̄ cū flōmia basilice sinistre: iō in casu isto: ex quo morb⁹ periodicus esse videt̄ ego laudarē: qđ an̄ iuasionē ꝑoxismi: cū manifestant̄ aliqua accidētia: que cōiter an̄cedūt ad illuz: vt fieret leuis flōmia de basilica sinistri lateris euāando modicā sanguinis quātitatē: vt duaꝝ ℥. vel triū ad plus. Quib⁹ sic factis flōmijs restāt alie intētiōes: vna. s. ad equationē māe a q̄ dictus vapor fouet̄: ⁊ aliqualē euōnē. Alia erit ad ꝯfortationē cordis ⁊ sp̄ūaliū: qm̄ illud vr̄ deteri⁹ accidēs: qđ ī casu ꝯtingat cū approƀatis postrēo ad remissionē ardoris ⁊ pruritu⁹ in aure ꝯtingētis sp̄ālia pauca apponēt̄ remedia.
¶ Pro p̄ma igr̄ intētiōe expediēda ad digōnē māe ⁊ euōnez ꝯueniūt in casu aliqual'r frigida vel sicca: maxīe ad ꝓhibitionē ebullitiōis māe: ⁊ ꝯn̄r euaporationis. In h̄ igit̄ casu valz sirup⁹: vt infra: in quo erit ēt alteratio epatis ad frigidū cū ꝯfortatōe ei⁹ ꝓpria. ℞. sirupi de succo endiuie sirupi de gra. an̄. ℥. i. aquaꝝ ēdiuie acetose. an̄. ℥. i. ſ. misce.
¶ Ad hāc intētionē valz singulariter sirup⁹ de portulaca dn̄i Mes. Ualz ēt sirup⁹ de succo acetose: ⁊ acetositate citri: in q̄bus p̄ter equationē māe iuuāt ꝯfortādo cor ⁊ mēbra sp̄ūalia: q̄ vident̄ in casu maxīe ledi. Possez facere sirupos magistrales: sz doctus medic⁹ ex his ad ꝓlixitatez euitādā ꝑticulares ꝑz varias aliqūo intētiōes efficere poterit sirupos. Facta aūt equatiōe māe laudo ī casu purgationē leuē: que ēt alterādo iuuabit: q̄ pōit̄ a Dyno in casu illo. Et est delicata multū: vt ifra. ℞. duo granata mala muza: ⁊ excorticent̄ a cortice exteriori: ⁊ accepto toto ītrīseco cū pulpis eoꝝ fiat fortis succi expressio: deinde facta colatura: ponat̄ succus sub dīo ꝑ noctem: postea in mane sumat̄ addēdo. ℥. ij. zucchari al. ¶ Pro hac intētiōe sufficit si sumātur. ℥. x. dyaprunis nō solutiui Nicolai: ⁊ cū çuccharo fiat bolus: ⁊ si placebit pōt dissolui cū decoctōe prunoꝝ tamarindoꝝ sebestē violaꝝ: adductis aliq̄b⁹ granis berberoꝝ ⁊ ordei excorticati. ¶ Ad hāc ēt intētionē pōt fieri medicina: vt ifra. ℞. mirabolanoꝝ citrinoꝝ. ℥. iij. mirabolanoꝝ idoꝝ. ℥. i. ꝯtundant̄ ⁊ ifundant̄ ī aq̄s ēdiuie ⁊ acetose decoctiōis passulaꝝ prunoꝝ tamarindoꝝ: qđ sufficit: ⁊ facta exp̄ssione addat̄ māne electe. ℥. ij. dyaprunis solutiui. ℥. i. ſ. sirupi viol'. ℥. i. misce: ⁊ fiat potio. Ad intētionē etiā euōnis aliqualis ⁊ alteratiōis in casu valz vsus sirupi de fumoterre cū aq̄s lupuloꝝ plantaginis ⁊ acetose. Et hec sufficiāt quātū ad māz cū syrupis ⁊ solutiuis: q̄ in casu semꝑ debēt eē leuia. ¶ Iaz restat attēdere ad aliq̄lē ꝯfortationē mēbroꝝ spiritualiū: ne recipiāt imp̄ssionē neq̄z nocumētū ex vaporib⁹ dictis eleuatis ad cor ⁊ spiritualia q̄ ꝓbabil'r magis ledūt an̄q̄z fiat apitio illi⁹ ruboris in facie ⁊ alijs ꝑtibus q̄z postq̄z iam manifestat̄ dicta apparētia ꝓpter illos vapores p̄us circa sp̄ūalia magi͛ cōcludi. Laudo igit̄ fieri cōfectionē: vt ifra in casu p̄cipuaz ℞. dyabuglosati. ℥. iij. dyaboraginati çucchari rof. an̄. ℥. i. ſ. çucchari vio. ℥. ſ. sp̄ēꝝ rosaꝝ nouelle. ℥. i. ſ. margaritarū albaꝝ. ℥. ſ seis acetose ossis de corde cerui spodij fragmētoꝝ iacīthi çaphiri: ⁊ smeraldi: ⁊ granate. an̄. ℈. i. croci grana. ij. folioꝝ auri ⁊ argēti. an̄. nūero. iij. cū sirupo de acetositate citri fiat cōfectio. Et illa sepe vtatur: q̄r spero ex hac magnū seq̄ iuuamētū. Pōt ēt fieri cōfectio in morsellis: vt infra: ⁊ valebit etiaz alterationi epatis. ℞. specierū trociscoꝝ de spodio cū seīe acetose. ℥. ij. sp̄ēꝝ dyarodon abbatis. ℈. ij. sp̄ēꝝ ꝯfectōis de gēmis. ℈. i. cū. ℥. vi. çucchari al. dissoluti in aq̄s endiuie ⁊ acetose: qđ sufficit: ⁊ deauretur.

Cōuenit ēt in casu fieri sacculū cordi: vt īfra. ℞. florum
boraginis violaꝝ ⁊ rosaꝝ. an̄. tertiā partē. M. sandaloruʒ
citri: ⁊ rub. coralloꝝ ru. vtriusq̧ been. an̄. ʒ. ß. sete crude se
minis acetose. an̄. ℈. ij. ossis de corde cerui ābre ⁊ gariof.
an̄. ℈. i. fragmētoꝝ intrātiū in cōfectiōe de gēmis. ʒ. i. cā
phore. gra. ij. nisi eius odor fiat sibi abominabilis: ⁊ cū fo
lijs tribꝰ auri dissoluti fiat sacculus in sindone de grana:
⁊ suffumiget̄ sup fumo lapidis igniti aspersi ex aqua rof.
acetose ⁊ buglose cū modico vini albi odoriferi. Cōuenit
etiā in casu epithimare epar cū epithimatibꝰ cōiter valē
tibꝰ in alteratiōe epatis ad frigidū cōiter fiendis: ad q̄ nō
me extēdo ꝑꝑ ꝓlixitatē euitādā. ⸿ Iaʒ vltimo restat cō
fortare loca faciei interdū: ne recipiāt nocumentū ex va
poribꝰ eleuatis: nō tn̄ fiat nisi p̄cedētibꝰ euōnibꝰ ⁊ flōu̇ia
vt dictū est. Fiat igit̄ vnguētū: vt īfra. ℞. mucillagis ci
tonioꝝ ⁊ draganti. an̄. ʒ. ij. olei rof. ⁊ citonioꝝ. an̄. ℥. ß. san
dalorū citrinorū ⁊ rub. margaritaꝝ electaꝝ lapidis ema
thitis. an̄. ℈. ß. cū modico cere fiat vnguētū leue ad liniē
dū ꝑtes dictas. Posseʒ ī hoc multiplicare remedia spero
cū altissimo ad reductionē sufficiēt: ⁊ postea ad p̄seruatio
nē. Si tn̄ ista iuuenis maritē: credo eēt maxia ꝑs cure.

⸿ Pro demacrato parato ad ethicam cum debilitate di
gestiue stomaci. Consilium. CVII.



Asus huius spectatissimi adolescentis est
principalr̄ macies totius cum debilitate
digestiue stomaci cōicata p̄ncipaliter ex
splene cū epate nāliter calido multiplicā
tibꝰ dictis mēbris nālibꝰ multā vētositā
tē: que fit cā etiā ad tardādā: ⁊ aliquo mō
corrūpendā digestionē. Unde stāte habi
tudine macra nāliter est curādum: vt preseruet̄ a casu in
ethicā cōiuncta caliditate epatis. ⸿ Ideo in regimīe pri
mū pro regula est obseruādū q̄tuʒ ad dietam: vt vitent̄
oīa superflue calefaciētia ⁊ exiccātia: īmo īclinādum est
ad tēperamētū in actiuis: ⁊ parūper ad humidum: nō tn̄
grossum ⁊ opilatiuū: ⁊ ꝑinde stare apud igneʒ multo tꝑe
est ad nocumentuʒ: maxime ī hyeme ⁊ in estate sub sole.
⸿ Motus ēt laboriosus est nociuus: ⁊ quies magis ꝯue
niens. aliquale tamē exercitiuʒ moderatū factum in ae
re tēperato: vel parūper frigido cibo prius in stomaco di
gesto viuificat caliditatē nāleʒ: sed post eū non sumat̄ ci
bus repētine: īmo tardet̄ per horā ab assūpto cibo. ⸿ Et
ita silr̄ vigilare superflue est multuʒ nocēs: ⁊ somnꝰ supra
mediocrē nouē horaꝝ est in casu multū iuuās: sed nō ac
ceptet̄ somnus nisi trāsacta ad minus hora cuʒ dimidia
post cibū. Et si nō possit illo spatio dormire saltē quiescat
qm̄ ges supplet vices somni. Et pro tanto in estate laudo
somnū diurnū post prādiuʒ per duas horas: aut ad minꝰ
per horā: sed fiat in loco obscuro capite debite eleuato: ⁊
extremis decēter coopertis. ⸿ Fugiēda est oīs repletio ci
bi quātūlibet cōuenientis de se. inanitio tn̄ supflua: preci
pue ieiuniū aptū est plurimū ad nocenduʒ. et ita coitꝰ est
sibi maxime verēdus. ⸿ De electione aūt ciboꝝ. Cibus
ei cōueniēs dʒ esse bone qualitatis pauce quātitatis boni
nutrimēti: ⁊ facilis trāsmutationis ad humiduʒ declinās
⁊ ꝭm actū ⁊ ꝭm potētiā. Ideo cauēdū est ab omni sicco ⁊
terrestri nutrimēto: ⁊ ita ab oī genere leguminū: ⁊ ab oī
bus carnibꝰ grossoꝝ aīaliū: ⁊ maxime salitis: ⁊ a caseo: et
maxime antiquo. Cauēduʒ ēt ab oībꝰ acutis īflāmare po
tentibus ⁊ exiccātibus: ⁊ ideo porri allea cepe ⁊ hꝫ acuta:
⁊ spēs acute: vt piper çinçib. ⁊ acetū de vino potēti: maxi
me talia oīa nocēt. Uina ēt potētia in cōi vsu acuta guar
naçina ⁊ hꝫ sunt ad nocēduʒ. Et ita panis durus vel alias
siccus: ⁊ maxime de milio vel furfuraceus nocet. Panis
igitur cōueniēs sit panis albus de frumēto mūdo bn̄ pre
parato vniꝰ vel duoꝝ dierū ad plus. Et de reliq̄s nutrien
tibus oua sorbilia si elixent̄ in aceto: sunt multū cōueniē
tia. Carnes ēt pulloꝝ: ⁊ perdicū: ⁊ fasianoꝝ: ⁊ caponū: pre
cipue hyeme: ⁊ pullarū in estate ēt plurimū ꝯueniūt: ⁊ in
prādio: ⁊ quasi oī tēpore elixate sunt meliores assatis. Si
etiā placēt pisces dimissis piscibꝰ magni corporis in esta
te ꝓpriꝰ ꝯueniūt pisces petrosi: lʒ etiā sardene nō salite sa
tis cōueniāt ⁊ teneri ⁊ hꝫ: coloris argenti: sed elixētur in
brodijs cū modico ysopo ⁊ cinamomo. De ferculis cōue
niunt panis in brodijs carniū dictaꝝ: cōuenit brodetū: ⁊
far maxime collatū cū amigdalis ⁊ çuccharo: silr̄ panicū
pistū coctū cuʒ brodio pingui: ⁊ oua silr̄ in viuarolo. Et si
aliquādo placet vti aliq̄bus herbis cōueniūt buglosa sin
gulariter: ⁊ in estate endiuia ⁊ cicorea cū lactucis ⁊ modi
co feniculi vel petrosilij: ⁊ de his p̄nt fieri aliq̄ū salsamē
ta cū aceto passulato. ⸿ De fructibꝰ aūt in estate nō incō
uenit sumere quattuor vel q̄nq̧ pruna damascena bn̄ ma
tura ante cibū per quartū hore. Idē ītelligo de melonibꝰ
bn̄ maturis sumēdo duos vel tres bolos: sed electiꝰ est: qđ
melonibꝰ cōtinet̄ abiecto semine. Idē intelligat̄ de persi
cis bene maturis. Sumere ēt duas ficus cū sint bene ma
ture nō est peccatū: sed in hyeme magis valēt pinee pre
parate: ⁊ passule sine armillis: nō nimis dulces: que sumi
p̄nt: ⁊ in principio mēsis ⁊ post. Potus aūt sibi ꝯueniens
est vinū subtile: de vua tn̄ rubea nō bruscū: īmo parūper
ad dulce declinās. ⸿ Et in passionibꝰ aīalibus vitet̄ oīno
tristitia: ⁊ nimia sollicitudo: ⁊ diffidētia vel timor: īmo ē
adherenduʒ gaudio letitie: ⁊ bone spei quātum fieri pōt.
⸿ De medicinalibꝰ aūt p̄mo laudo: vt singula die habeat̄
beneficiū vētris: ⁊ si nō habeat̄ nāliter ꝓcuret̄ cū clyste
ri facto: vt ifra. ℞. maluaꝝ folioꝝ altee mercurialis bu
glose: ⁊ se. lini. an̄. M. i. decoquant̄ in aqua debite quāti
tatis ⁊ colent̄: de qua sumat̄ libr̄. i. ß. ⁊ addat̄ cassie noui
ter extracte. ʒ. vi. pulueris zucchari. ℥. i. olei amig. dul. ℥. ij.
olei camomille. ℥. i. salis. ʒ. ij. misce. ⸿ Postea laudo: qm̄
nō est mihi multa intētio: in casu isto ad solutiua p̄para
ri debere mām aliqualr̄ melācolicā circa splenē exn̄tem
nō radicalē: sed parūper adustā: vt ꝯn̄ter a virtute resol
uatur: vel per canales debitos. Et in hoc valʒ syrupus: vt
īfra. ℞. buglose boraginis capilli ven̄. lingue ceruine ēdi
uie scariole. an̄. M. i. radicū sparagi brusci. an̄. ʒ. iiij. sand.
rub. viol. an̄. ʒ. ij. poma domestica numero. ij. poma odo
rifera numero. iiij. croci. ʒ. ß. fiat sirupus cuʒ çuccharo. Et
si detur cū sero caprino: vel aqua decoctionis radicuʒ bu
glose erit ꝯueniētior. Si ēt loco infusionis buglose ⁊ bora
ginis sumeret̄ de succo boraginis: ⁊ buglose erit melius.
Si ēt tēpore estatis adderet̄ se. papaueris al. ⁊ seīs lactu
ce ad ꝓuocādū somnū erit felicior. Et isto syrupo potest
vti multo ⁊ cōtinuato tꝑe. Et si volueris aliud simul dige
rendo euāre fiat syrupus vt infra. ℞. florum boraginis:
buglose: melisse: fumiterre violaꝝ an̄. ʒ. ij. liquiritie corti
cum citri passulaꝝ enucleatarū seminis bōbicis. an̄. ℥. ß.
scolopendrie scariole cicoree endiuie capill̄ ven̄. an̄. M. i.
maiorane. M. ß. anisi. ʒ. i. ß. sticados arabici sene epithi
mi. an̄. ℥. ß. poma numero. x. bulliant in aqua ⁊ colentur et
colature addatur succi buglof. pomoruʒ dulcium. an̄. ℥.
vi. ⁊ sirupiçetur cum çuccharo albo ⁊ aromatiçetur cum
croco ⁊ sandalis rub. ⁊ citrinis. Si etiam infundātur. ʒ. ij.
epithimi in sero caprino per noctem vsq̧ ad. ℥. vi. seri: ⁊ fa
cta collatura sumatur tepidum in casu valebit. Cōuenit
etiā ad hāc intētionē si īterdū sumant̄ a. ʒ. vi. vsq̧ ad. ℥. i.
đ dyaprunis Nicolai nō solutiuo. Ualebit ēt singl̄ariter
ꝯfectio dyacatholicōis: si ī eadē q̄ntitate sumat̄: vt exēpli

gr̄a admin9ſel' in mēſe. ¶ Laudo ꝯſequēter ad hanc in-
tentionē fieri cōfectiōes appropriatas: vt ifra. ℞. florum
melliſſe boraginis bugloſe viol'. ligni aloes. an̄. ʒ. i. doro-
nici. ʒ. ß. margaritaꝝ iacictoꝝ ſmeraldi. an̄. ℈. i. croci: gra.
vi. oīa ſubtil'r pulueriʒent̄: ⁊ cū ʒucharo diſſoluto i aquis
bugloſe fumiterre: qđ ſufficit fiat cōfectio in morſellis.
¶ Ad hāc itentionē ēt laudarē mixturā: vt ifra. ℞. dya-
boraginati dyabugloſati. an̄. ℥. i. ʒucchari violati. ℥. ij. ʒuc-
chari roſati. ℥. ß. fragmētorū: vt ſupra ligni aloes. an̄. ℈. i.
cū folijs. iiij. auri. fiat mixtura: de qua ſumi pōt vnum co
clear vſqꝫ ad duo in mane. ¶ Jā vltimo fiēda ſunt duo
localia: vnū circa ſplenē ad ipꝫ ꝯfortādū: ⁊ ꝓ ꝑte inciden
dū ſubtiliādū ⁊ reſoluēdū māꝫ circa ipꝫ ꝯtentā fiat: vt i-
fra. ℞. olei amig. dul. ℥. i. olei de capparibꝰ. ℥. ß. oximellis
ſimplicis. ℥. ß. in quo diſſoluāt̄ bdellij. ʒ. ij. croci. ℈. ß. ⁊ ce-
re parū fiat vnguētū ꝓ vnctione ſplenis. ¶ Laudo ſcđo
qm̄ in eo multiplicat̄ vētoſitas multa: q̄ ſepe fluēs ad ge
nitalia fuit cā erectionis ⁊ pollutiōis nocturne: qđ accn̄s
eſt maxime in caſu nocens: fiat ergo inunctio circa radi
ces teſticuloꝝ ⁊ ſupra ad ꝯfortationē vaſoꝝ ſeminaliuꝫ:
⁊ reſolutionē vētoſitat! fiat: vt ifra. ℞. olei mēte olei ab-
ſinthij ⁊ mirtilloꝝ. an̄. ℥. i. oīa lauent̄ q̄tuor lotionibꝰ i vi-
no nigro: equal'r poſtea addāt̄ pulueres: vt ifra. ℞. nucis-
muſ. nucis cipreſſi thuris. an̄. ʒ. ß. ſe. agni caſti. ℈. i. gallaꝝ
℈. ij. cum modico cere fiat vnguētuꝫ ſatis molle. Et hec
pro caſu ſufficiant.

¶ Pro reſtauratiōe demacrati ſpectati iuuenis Hierony
mi de Grimaldis Januenſis. Cōſiliuꝫ. CVIII.



Ro reſtauratione demacratiōis in iuue-
ne iā multo tꝑe iducte. Cuius ēt ꝯplexio
eſt ad frigidū ⁊ ſiccū declinās: q ēt ꝓpter
debilitatē ſtomaci digeſtiue nōnūqꝫ do-
lores vētoſos icurrit circa ſtōacū: ⁊ reliq̄
nāl'ia mēbra: ſepe ēt icurrit in opillatiōes
que ſunt potiſſima cā ſue demacrationis
⁊ aliqn̄ in ſpālē opilationē a calculo in renibus ⁊ vijs me
dijs iter ipſos ⁊ veſicā. ¶ Pro ꝓuiſione ēt a dictis accn̄-
tibꝰ malis ⁊ timoroſis duo fient ꝑncipal'r. ꝑmū. ſ. erit cōſi
ſtens circa debitā correctioneꝫ in dieta: cuiꝰ debita appli-
catio erit potiſſima cā ad executionē ꝑncipalis intēti. Se
cundū erit in applicatiōe quorūdā leuiū medicinaliū di-
cta accidētia magis reſpiciētiū. ¶ Pro pᵃ igit̄ expedien-
da ſit iſta regula gn̄ālis: ꝙ in oībꝰ ad dietā ꝑtinētibꝰ decli
nanduꝫ eſt ad leuiter calefaciens ⁊ humectans. ¶ Circa
igit̄ aerē euitet̄ qlibꝫ ſiccus ⁊ vētoſus declinādo ad aereꝫ
calidū aliqual'r: frigidus igit̄ maxīe vitādus eſt: nō ſit tn̄
aer ſibi ꝯueniēs exceſſiue caliditatis: qꝛ talis ad reſol'onē
facit ⁊ exiccationē. Jdcirco tꝑe eſtatis querēda ſunt loca
recētia: nō multū ēt eleuata: ne ad ſiccitatē declinēt: non
ſint tn̄ m'ltū excellēter hūida. Et ſi ꝑꝑ feruorē eſtatis aer
locoꝝ habitabiliū ſit itēſiue cal'itatis rectificet̄ ad fridū
deducendo: ⁊ ad humidū cū aſꝑſione folioꝝ per camerā
. ſ. vitis lactucaꝝ maluaꝝ ſalicuꝫ floꝝ nenufaris vngule
caballine ⁊ hꝫ: folia ēt violaꝝ ⁊ flores earū: ſi recētes ha-
beri pn̄t: maxīe ꝯueniūt ad humectādū. Si ēt fiat irrora-
tio cū aq̄ fontis multe quātitatis cū modico vini albi v'l
aceti erit ꝯueniēs. Nō tn̄ aer ꝺducat̄ ad maximā fridita
tē: vt dictū ē. ſ̄. Si ēt tꝑe hyemis eēt vehemētis frigoris
aer: rectificet̄ aer camere igne facto i ea cū lignis ad hu-
midū declinātibꝰ vt ſalicū populi ⁊ hꝫ: vel cū aromatiza
tione facta cū modico ambre ligno aloes ſtorace calami-
ta ⁊ dragagāto ſimul in paſtā redactis: ⁊ ſuꝑ prunis poſi-
tis: ita vt ſemꝑ oculus ⁊ intētio ſit ad ꝓhibēdū exiccatio-
nē. Et hꝫ de aere. ¶ Exercitiū aūt eius ſit ſuaue ⁊ placidū
ad reſol'onē nō faciēs. Nō igit̄ ſit longū nimis neqꝫ intē
ſum: imo tale fiat: ꝙ nequaqꝫ ad laſſitudinē ꝑducat: fiat
tn̄ ſtomaco ſemꝑ inanito: ⁊ expulſis ſuꝑfluitatibꝰ cōibus
⁊ cū iā cibꝰ eſt in ſemita: vt trāſeat ad mēbra: ⁊ hec eſt ho
ra cōiter ab aſſūpto cibo poſt. vi. vel. vij. horas. Fiat igit̄
in mane ante prādiū ſuauiter ⁊ molliter: vt dictū eſt: vel
in ſero ante cenā: ita tn̄: ꝙ nō imediate poſt ipſuꝫ cibꝰ ſu-
matur: ſed per tꝑs quietet̄. Et hoc intelligat̄ in die: i quo
nō dꝫ fieri balneū: de quo ifra fiet mētio: qn̄qꝫ die balnei
ſuppleāt fricatiōes exercitiū ꝓgreſſiuū: q̄ fricatiōes fiāt i
lecto: priꝰ tn̄ expulſis ſuꝑfluitatibꝰ: ſuaues tn̄ ⁊ n̄ reſoluti-
ue. Fiant igit̄ cū pāno aliqualiter calido icipiēdo a coxis
deorſuꝫ fricādo cōſequēter ſurſum ad ſpatulas: ⁊ brachia
deueniēdo: ⁊ ꝑ dorſum pectꝰ ⁊ vētrē tandē ad coxas ⁊ cru
ra fricationē terminādo. Jta tn̄ fiat: ꝙ mēbra calere aliq̄
liter videātur ⁊ rubere. Et he fricatiōes in caſu maxime
cōueniūt nō exiſtēte in toto repletiōe. nā per eas attracti
ua mēbroꝝ vigorat̄: ⁊ nutrimētū ad mēbra ꝯuertit̄: ⁊ ſic
mēbra reſtaurant̄. Et hic nō eſt omittēduꝫ exercitiū capi
tis: ꝙ aliquali fricatiōe ⁊ pectinatiōe ꝑficit̄: qm̄ inde cere
brū maxime in virtute vigorat̄ expulſis ſuperfluitatibꝰ:
⁊ vaporibꝰ alijs caliditatē eius nālem obtundētibus. Ge-
neraliter ergo in caſu quies multo cōueniētior eſt qꝫ exer
citiū: lꝫ aliquale et moderatū: vt dictū eſt: non mediocri-
ter ꝑficiat. Et ſicut dictū eſt de exercitio ⁊ quiete idē itel
ligatur in effectu de ſomno ⁊ vigilia: qm̄ ſomnus in caſu
iſto multū ꝯueniēs eſt: qꝛ humectat: vigilia vero exiccat
Sit igit̄ ſomnꝰ nocturnus. viij. vel. ix. horarū ad minꝰ: ⁊ ſi
etiā extēſior eſſet: nō eſſet malū. Si tn̄ tm̄ tēpus nō poſſꝫ
dormire ſalteꝫ in lecto moli quietet̄: qm̄ quies: vt ſcribit
pro medio ſomno cōputat̄. Diurnus etiā ſi modo diſtan
ter fiat a cibo ꝑ duas vel tres horas maxime tꝑe eſtatis
multū cōueniet. Hoc tn̄ intelligatur niſi per nām ſomnꝰ
diurnꝰ ſibi nociuus videt̄. Quo etiaꝫ caſu maxime laudo
vt quieſcat in lecto moli duabꝰ vel tribꝰ horis maxīe tꝑe
caumatis in meridie. Semꝑ tamē poſt ſomnū aliqualis
fiat leuis fricatio ſaltē preparatiua ad reſolutioneꝫ vapo
ruꝫ: nō ſit tamē tāta ⁊ talis: nec ita fortis: que ſequit̄ ſom-
num diurnū: ſicut que nocturnū. ¶ Circa paſſiones ani-
males breuiter dicat̄: ꝙ gaudere ⁊ letari multū cōuenit
imo adhibeātur ei delitie ⁊ amenitates ſoni ⁊ cantus: ⁊
pro viribus: quātuꝫ poſſibile eſt: iocūdetur. Jſta enim vt
dixit Auicē. 7ᵃ quarti tractatu quarto ſcđo caplo confor-
tant virtutē naturalē valde: quare bona ſit eius admini-
ſtratio in nutriēdo ⁊ expellēdo ſuperfluitates: ⁊ id quidē
eſt principiū cauſarū pinguedinis. Fugienda ergo ira: tri-
ſtitia: timor: curioſitas: vſqꝫ dum ſaltem membra ſint ad
debitaꝫ carnificationē reſtituta: ⁊ in hꝫ habēda eſt ſingula
ris obſeruātia tāqꝫ in eo: ꝙ eſt radix ⁊ principiū releuatio
nis ab hac macie. Coitus etiā in caſu maxime ſuſpectus
⁊ timoroſus eſt: ⁊ ab eo fugiendū tanqꝫ ab inimico vulne
rante: eſt tamē cōſuetudo eius paulatine remittēda: ⁊ in
eo ſeruetur modus: ⁊ de quibus verbo informatus eſt co
pioſe: vt tādem ipſo fortiori: ⁊ validiori facto ad actuꝫ il-
lum ſine nocumēto fortis ſit ⁊ validus. ¶ Circa regimē
cibi ⁊ potus breuiter dicatur pro regula cuꝫ domino Aui.
prima quarti verſus fineꝫ. Sit cibus eius humectans fa-
cilis penetrationis: ⁊ velocis deſcenſionis: in quo non ſit
viſcoſitas. Sed circa numerū cibationis eſt habenda cō-
ſideratio: quoniaꝫ aliter dietandum eſt tempore hyemis
vel veris ⁊ autūni: ⁊ al'r tꝑe eſtatis. Nā tꝑe hyemis autū-
ni vel veris cū ꝓpter caloris debilitatē nō fiat multa re-
ſolutio: ꝑꝑ ēt mēbroꝝ duricieꝫ nō eſt neceſſariꝰ cibꝰ: neqꝫ
multe quantitatis neqꝫ frequēs. Debent igitur admini-
ſtrari

strari huiusmodi tempore nutrientia que in pauca quantitate pñt corpus nutrire: ⁊ qꝛ tarde digerit nō indiget sepissima refectione: immo sufficit ei cibus bis in die nāli. Et si forte grauaret̄ ēt ꝯueniētior eēt cibatio talis: vt. s. in dictis temporibus ter in duobus diebus nālibus dyetaretur: hoc intelligat̄ nisi tpe hyemis ꝓpter nimiā frigiditatem calor eius ita extingueret̄ ꝙ nō posset nisi modicam cibi quātitatē pro vice debite ꝯmutare: ⁊ tūc stante virtutis maxia ꝓstratione nisi frequēter cibaret̄: deficeret eiꝰ calidū nāle simul cū humido radicali: sicut pꝫ in lucerna ꝑata extinctōi ꝑꝑ hūidi oleaginei paucitatē ⁊ ꝯsumptionē licinij illuminati. Est ergo tūc tali stante ꝓstratione frequēter cibādū. sꝫ modicū pro vice dando. nō credo tñ ipsum ꝓpter aeris intēpiē ad f̄m tpe hyemis ⁊ p̄cipue in hac regione ad tantā debilitatē cal̄i nālis deuenire. vt sit ei ita frequens ⁊ sepissima necessaria cibaᵒ. sed sufficeret eū bis in die cibari: vt dictū est plus de quātitate cibi pro vice offerendo. Tempore v̄o estatis ꝓpter magnā resolutionē a cal̄o necessaria est frequentior cibatio q̄ȝ alijs tpibus: vñ hoc tpe forte erit ꝯueniēs: ⁊ sic laudo vt ter in die nāli cibet̄ sꝫ. s. ꝙ inter p̄mā ⁊ secūdā ꝯmestionē interueniat spaciū. vi. horaꝝ inter scdam ⁊ tertiam interueniat spaciū. vij. horaꝝ ꝓpter virtutē tpe meridiei eē magis resolutā. Et inter vltimā ꝯmestionē p̄mi diei ⁊ p̄mā seq̄ntis diei iteruēiat spaciū. x. vl̄. xi. horaꝝ: ⁊ ita 3ᵃ ꝯmestio sit maior 2ᵃ. ⁊ 2ᵃ vel equalis cū p̄ma vel aliquāto maior. Et in h̄ habeat̄ bona ꝯsideratio. ¶ Sed spāliter magis descendēdo sunt euitanda oīa cibaria flatis seu m̄lie generatiua ⁊ venaꝝ opillatiua: cuiusmōi sunt grossa ⁊ viscosa salita: ⁊ digestioni iobediētia. verbi grā leguminū genera. genera similiter pisciū salitoꝝ ⁊ nō salitoꝝ: ⁊ spāliter bestialium marinoꝝ ⁊ vniuersaliter carentiū squāmis ⁊ spinis. A carnibus ēt salitis aīaliū siluestriū ⁊ porcoꝝ ⁊ boum antiquoꝝ ēt nō salitis ⁊ auiū in aquis degentiū: ⁊ vniuersaliter cauendū est a cibarijs ēt de pasta azima: ⁊ maxie a turtis q̄bus ciues Ianuēses multū vtunt̄. Uitandi ēt sūt fructus frigidi tm̄. si ēt sint sicci: vt sūt pyra poma coctana nespilla: ⁊ similia. In oleribꝰ ēt frigidis ⁊ humidis sit ꝑcitas vt lactuce: ⁊ portulace: spinachiaꝝ ⁊ huiusmodi nisi tpe magni estus: quoꝝ pōt fieri mixtio cū reliq̄s herbis aromaticis magis: vt cū feniculo maiorana melissa ⁊ huiusmodi. Modus aūt p̄parationis carniū ꝯueniētior est elixatura q̄ȝ assatura: vl̄ frixura: ⁊ assatura ꝯueniētior q̄ȝ frixura: vel pastillatura. Salse vero magis ꝯueniētes sūt ex vino q̄ȝ aceto: qm̄ acetū huic ꝯplōni valde nociuū est. Et si pur debeat vsus eius haberi aliq̄ñ ꝓpter appetitum excitandū sit acetū passulatū. Species vero ad saporationes magis ꝯueniētes sunt cinamomū ⁊. ʒʒ. ⁊ vniuersal̄r oīa genera specieꝝ caliditate ⁊ humiditate participātia. Mel etiā in casu est maxie ꝯueniēs. Et potissime decoctū ⁊ clarificatū: sed eligat̄ mel albū grandinosum durū boni saporis. ¶ Inter carnes ꝯueniūt carnes iuuenū: caponū: gallinaꝝ: ⁊ galloꝝ: ⁊ oua sorbilia sūt cibaria maxie ꝯueniētia. Carnes ēt perdicū: fasianoꝝ: ⁊ auiū mōtanarū oēs ꝯueniūt: he enim carnes sunt facilis digestionis boni ⁊ multi nutrimēti. Lac ēt in casu laudat̄: sed hñda ē in assumptione eius diligētia: ꝙ nō exhibeat̄ stomaco nisi bñ ⁊ ꝑfecte mundo ⁊ modica q̄ȝtitate incipiēdo. ab. ʒ. iij. ⁊ gradatim ꝓcedendo vsq3 ad quinq3 apponēdo in eo aliquid zucchari vel parū mellis: ꝓhibent. n. hec calefactionē eius in stomaco. Et tēpore estatis ꝯuenit lac asininum vel caprinū: tpe vero hyemis ouinum: vl̄ vacinū: ⁊ sup eiꝰ bibitionē nō est dormiendū: nec mouendū maxie motu laborioso. Erit igit̄ cibus qui ꝯueniēter dabit̄ in mane aliq̄ȝ nō ꝑmiscēdo cibū. ¶ Est tñ habēda ꝯsideratō: ꝙ si in stomaco eiꝰ acetoset̄: vel ventoset̄ ꝙ ex eructatiōe vel inflatiōe ventris cognoscit̄ eo casu dimittat̄. Caseus ēt euitet̄ q̄libꝫ salitꝰ ⁊ antiquus nō nimis tñ recēs: pinguis: ad dulcedinē decliuis: nō in multa q̄ȝtitate: maxime si cum zuccharo sumit̄ iterdū ꝯueniēs est. Buthyrū ēt ꝯuenit ex ꝯñti. In cōdimētis magis laudo buthyrū q̄ȝ oleū: qm̄ hūectat ⁊ calefacit. Inter olera valent sicla: seu bleta feniculus: petrosiliū: betonica: borago domestica ⁊ siluestris: melissa: saluia ⁊ silia q̄ ad caliditatē ⁊ hūiditatē declinēt: polipodiū ēt cū aniso ē interdū ei ꝯueniēs: si in brodio laudabiliū carniū bulliat ad ventrē leniēdū. ¶ Inter fructꝰ ꝯueniētes sunt ficus in modica q̄ȝtitate: amigdale fistici ⁊ pinee: rectificent̄ tñ infundēdo eoꝝ grana post abscisionem primi corticis: ⁊ maxime pineas in aqua calida decoctiōis zucchari. Et postq̄ȝ sunt ī vmbra exiccata ēt denuo infundant̄ in aqua tepida zucchari tandē: exiccent̄ ⁊ cū zuccharo sup̄asperso pro vsu reseruēt̄. Non ꝯtingat tñ error in ficubꝰ qꝛ nunq̄ȝ post cibū sumēde sūt: de alijs non est magna cura. Nō vitupero quoq3 castaneas si parce comedātur vbi p̄mū in elixatura optime sūt ꝯcocte postea sub cineribus calidis ēt aliqualiter exiccate ⁊ tandē cū zuccharo sup̄asperso comeste: ⁊ post cibū ⁊ nō ante sumātur. ¶ Inter fercula laudat̄ brodiū gallinaꝝ ēt ꝑ se solū laudat̄ far ordei: cum lacte amigdalarum dulcium. Et si nō habeatur ipsū far: coquatur ordeū in brodio pingui bona decoctione: postea malaxet̄: tandem succus eius cū lacte amigdalarum per staminiā educatur: ⁊ ex eo cum brodio pingui fiant pultes ī cāu iuuātes. Sic ēt eodē mō risum p̄paret̄ vel de spelta far erit ꝯueniens. Et de superius habitis oleribus ⁊ reliquis possunt fieri ꝯuenientia fercula in cāu nostro. ¶ Inter olea ꝯueniunt oleū amig. dulcium: ⁊ de oliuis bene maturis aliquādo pro cōdimētis: vinum eius nō sit album neq3 aquosum sed rubeū: subtile tñ ⁊ odoriferū ad aliqualē trahens dulcedinem. Misceatur tamē aliqualiter cum aqua decoctionis zucchari tempore estatis: vel aqua mellis tpe hyemis. Sed nō fiat ipsius magna permixtio sicut cōmuniter fieri consueuit. ¶ Ad hāc intentionē restat: vt aliq̄d de balneo in casu maxie ꝓficiente ordo tradatur. ¶ Laudo igitur fieri balneū singulis. v. diebus ⁊ in ꝓcessu si placuerit singulis tribus diebꝰ. Et si tādē ex eo grāde sequat̄ iuuamētū singula die fiat. Sit tñ ordo ꝙ nō ponat̄ in balneo nisi expulsis sup̄fluitatibꝰ cōibus. Et si nō hñtur nāliter cū clisteri facto: vt infra educat̄. ℞. brodij galline pīguis libr̄. ij. in quo decoquātur maluaꝝ matrū violaꝝ ⁊ camomille añ. M. i. ⁊ facta collatura addat̄ olei amig. dulciū: olei violaꝝ. añ. ʒ. ij. buthyri loti. ʒ. i. zucchari rubei. ʒ. i. ß. misce. Et si visum fuerit addere paꝝ salis adde. Posses ēt ipso nō soluēte addere paꝝ cassie vel māne. Et si placeret suppositoriū solū fiat: quo facto ponat̄ in balneo suauiter tepido: ita ꝙ neq3 rigeat neq3 calefiat. Hora autē ꝯueniens est mane: ⁊ si ante introitū fiant fricatiōes aliquales vt supra erit ꝯueniens. Balneū autem fiat s̄m formam vt infra. ℞. quinq3 capita arietum mundata ⁊ debite excorticata: ⁊ gallinas duas: ⁊ hec fac bullire in vase magno: in q̄ sit multitudo aque ⁊ decoquantur vsq3 ad dissolutionem eorum: postea fiat collatura ⁊ infundat̄ aqua in loco balnei. et si addantur libr̄. ij. buthyri recentis erit ꝯueniēs. Sed sit balneum in camera clausa vt aer frigidus occurrere non possit: ⁊ in hoc loco moretur s̄m complacentiā s̄m plus ⁊ minus. Minus tamē in primis ⁊ plus in processu termini: tamē maior exitus a balneo est cum pulpe digitoꝝ aliqualiter incipiūt ꝯtrahi: deinde ponat̄ in loco molli. ⁊ aliqualiter suauiter siccet̄: ⁊ sit locꝰ mediocriter calefactus: ita vt nō infrigidetur: nec calefiat nōbiliter.

Postea fiat inunctio super membra eius cum oleo vt in-
